℞. Salis nigri M ii. lupulorum recent. tantundem, passularum caerulearum ℥iv. contundantur in massam aridam, quae super linteum extendatur carpis applicanda.

Aqua Lactis Alexiteria componitur ex fol.
Ulmar. Absynt. vulg. cardui, Angelicæ, Dracontij, rutæ, Galegæ af-
fund. Lactis vac. q.s. et in organis vesicis de
stillando.

Lapis contrayervam est pulvis quidam
compositus nomenclaturam sortitus a rad.
contrayervæ, quæ ~~[illegible]~~ basis est compositio
nis. Vim habet Alexiterium, in q. febribus
malignis usus est egregij. Eius descriptio ha
betur in Pharmacopoeia Londinensi edit.
~~postrema~~ ultima

Terebinthina permista et agitata cum ovi
vitello ulcus vel abscessum aliquem bene detergit et
mundificat.

In cura pernionum, antequam cutem exul
cerent, utile est pedes vel manus lavare aqua
decoctionis carnis bubulæ. Hæc enim humoribus
~~[illegible]~~ transpirationem conciliat.
Item fotus ex decocto herb. calid. commenda
tur, ex gr. absynth. abrotani, artemis. Maioran.
Thymi, hyssop. rutæ, rorismarini, fol. Lauri,
Juniperi cum baccis. Decoctum Naporum,
~~[illegible]~~ si prius congelaverint, remedium est pro
prium et quasi specificum. Unguentum ros.
cum ol. Terebinth. coctum in Napo excavato
virtutis est egregiæ. Vel hoc cerotum
℞ myrrhæ, thuris aa ʒij. Cort. pini ʒiii. axung. por
cinæ et anserin. aa ʒiii. ceræ q.s.

Methodus tractandi ecchymosin externam, quando magna est et remedia postulat.

Interdum in rem erit curam a venae sectione ordiri, et sanguinem quantitate con-
1. gestioni parem ~~[struck out]~~ extrahere.

In ecchymosi parva et vulgari, chartam emporeticam oxycrato madefactam imponere satis erit.

Ubi autem insignis est extravasatio, hujus modi medicamentis repellentibus et astringentibus imprimis uti convenit. Nempe pars contusa illinatur ol. ros. myrtill. cum aceto et albumine ovi, idque saepe repetatur. Si vi magis astrictoria opus sit, priori adjici potest aliquid pulv. bol. armenae, sang. dracon., fl. ros. rubr. balaust. gallar. nuc. cupress.

Affluxu humorum cohibito, resolventia cum repellentibus juvant.

2. ℞. ung. aragon ℥iii. ol. lumbric. chamaem. rutae ā ℥ß. terebinth. ℥ii. pulv. sem. foenug. ʒvi. fl. ros. r. balaust. ā ʒii. croci ℈ii. cerae q.s. fi. ceratum. Huic intentioni probè satis facit Empl. Oxycroceum vel Paracelsi.

Aliud ad eundem scopum

℞. rad. bryon. sigill. Solomonis ā ℥iii. fl. chamaem. sambuci ā p.j. far. hordei, fabar. sem. foenug. ā ℥j. summit. absynth. M.j. sem. cumini ʒiii. coq. in vino, et fi. cataplasma s.A. addendo in fine oxymel. scillit. q.s.

Si his non obstantibus tumor et dolor incrementum capiant, suppuratio procuranda est, et quamprimum aperienda. Abscessus

mundificatione ex apio detergi debet.

℞. summitat. absynt. abrotani, origani, calaminthae, ~~pulegii~~, sambuci, chamaemeli, rutae, salviae ana M j. bacc. lauri, Junip. ana ℥j. sem. foenic. dauci, carvi, cymini ana ℥ß. contundantur crasso modo et in aq. q. s. bulliant ad dimid. ~~[illegible]~~ consumptionem. colat. adde spirit. vini q. s. fotus in manuum vel pedum [illegible] mato administratur ... Post ea in eas partes illinantur ol. lauri ni, rutacei, de castoreo ana ℥ij. salis marini ℥ß. Misce.

Ad tumorem mammarum cancrosum incipientem et cancer incipiens quando adhuc exiguus est, ut primae [illegible] nentur eius augmentum, et dolor mitigetur, haec medendi methodus saepe confert, saltem modo curam palliativam affert. Primo ~~quolibet~~ vere et autumno sanguis (nisi aliquid contraindicet) e brachio extrahatur. Dein ut humores ~~praeparati~~ expurgentur, utile erit oxymel [illegible] seri lactis cum epithymo, fol. sennae, cremore Tartari, manna, quibus interdum addi potest (si validius agere velis) rad. hellebori nigr. gr. [illegible] et dulcoretur cum syr. de pomis purg. Ut iidem contemperentur et alterentur, datur serum lac

tis medicatum borragine, buglos. ci
chi vel endivia, fumaria.

Quo ad Topica, jube aegrotantem ne
manibus tractet, sed et vestes lapsis ag
stringat super mammas. Item utatur
sach. Saturni sol. in aq. spermatis ra-
narum. In hoc linteo madefiant et lo
co dolenti applicentur. Si dolor sit in
tensus et plurimum urgeat, adde potest
aliquid troc. Rhasis cum opio. A Pinerio
commendatur unguent. de ranis viridi
bus. Si plura desideres, consule Wyse
mum trac. Chirurg. c. 20. p. 203.

Walon tin. Stramonii in hoc casu prosicuum est.

Syrupus Balsamicus Phthisi-
co accommodatus.

℞. Balsami Tolutani ℥ß. aq. com
munis et altae aa ℔ß. fi. decoctio ad
3tiae partis casum, dein adde sach.
℔ß recoquantur ad Syrupi tenuioris
consistentiam. Utatur vel per se e
bacillo liquiritiae contuso, vel in ve
hiculo aliquo idoneo; ut ex. gr. aqua
lactis destillata cum simplicibus ap-
propriatis.

℞. Conser. fructus Cynosbati ℥j. rosar.
rubr. ℥ij. pulv. Haly rec dispensati

℥iii. cum syr. papav. rubr. q. s. fi.
confectio. Eidem scopo cum priori
inservit.

Medicamenta ophthalmica
folliculis et membranis corneæ
subitò adnatis, propter humores
in oculum affluentes, detergendis et
absumendis idonea.

℞. ossis sepiæ, et vitrioli albi āā part. æq.
redigantur in pulverem subtilem. Huius
aliquid insuffletur in oculum calamo an=
serino, aut tubulo testaceo bis singulis diebus

Aliud efficacius.

℞. Cortices ovorum n° iii ab interioribus
membranis benè purgatos. Ponantur
inter duas tegulas mundatas, et cine
ribus calidis cooperiantur, carbonibus vi
vis circumpositis, et ita maneant ali=
quamdiu. Dein pulverizentur, et per syn
donem rarum trajiciantur. Et si oculus la
borat ophthalmia, aut humores in eum con
fertim irruant, tum commodum erit,
sacch. candi albissimi pulveriz. et cribrati,
et pulveris prædicti ovorum corticibus

part. aeq. sumere, et cum melle permis cere. Huius quantum pluma excipi potest, per oculum ducatur. Repete bis quotidie.

Linctus ex oleo amygdalarum recentis expresso, et qui tussi medetur, ad hunc modum praescribi potest.

℞. olei amygdalar. dulc. recentis parati, syrupi capillorum Veneris āā ℥iss. sach. candi ʒii. Misce terendo in mortario vitreo, vel agitando in Phiala, donec albescat.

Balsama ad eundem scopum.

℞. Ovobalsami ʒii. Dosis gutt. vj ad x in coch. j vel ii aquae alicuius pectoralis, vel vini canarini,
℞. Balsami sulphuris Anisati ʒii. Detur eodem modo cum priori.
℞. Balsami Peruviani ʒj. Dosis gutt. ii ad iii vel vj in conserva rosar. vel violar.

Haec omnia commodè administrantur, quoties tussis ad Phthisin vergit, et metus est ulceris in pulmone geniti.

In puerorum tussi convulsiva, quae in nostro idiomate vulgò y chincough, or Hooping cough nominatur, Museus pyxidatus caeteris remedijs Methodicè praescriptis

anteponitur, et fere solus usurpatur. Exhiberi
autem solet in specie pulveris, Decocti et Syrupi;
de quibus consule Willis. Pharmaceut. rat. p. 2.
c. de tussi, p. 76. ℞ Musci pyxidati ℥iii Lactis Sulphu
ris ʒi. Sach. candi ℥ss fi. pulv. Dosis ℈i ad ʒß bis in
die in aq. hyssopi

In Paroxysmo Asthmatico
remedium efficax.

℞. Spiritus ~~fumi~~ salis Armoniaci cum ~~sal~~
~~sal~~ Armoniaco destillat. ℥iii. Sumat gut.
xv ad ~~xx~~ xx. in cochleari Julapii sequen
tis superbibendo cochlear. v. repet. septa
quavis hora.
℞. aq. fl. Sambuci, chamaemeli, Pulegii
ana unc. iv. aq. cinnamom. unc. ii. Sach.
unc. j. M. vel ℞. pulveris de Erysimo ℥j. Oxy
melitis simplicis ℥ß fi. linctus.

Cerevisia medicata alterans et purgans
simul, Hepatis temperamento et tono
conservandis perutilis, quae a nonnullis
vere et Autumno sumitur.
℞. radic. Lapathi acut. praep. Polypod. qu. ana
℥iii rubiae tinctorum ℥ii. Rhab. Anglica
ni ℥ii fol. Sennae ℥iv. Epithymi ℥ii. Santa
li citrini ℥j. semin. Carthami, coriand.
ana ℥iss. incisis et contusis fi. sacculus pro
congiis iiii cerevisiae. Post sex dies suma
tur ad libram mane.

Medicamentum insignis effi-
caciæ in Hydrope Ascite, qd tum
virtute Diuretica pollet, tum
sanguinis vitium quo Ascitici labo-
rant, tollit et emendat. Ex ijs enim
simplicibus constat, quæ sale volatili
abundant. Hoc enim potius quam sal
fixum aut acidum contra Hydropem iu-
vant. ob hanc rationem expressiones
Millepedum, et sal nitri purificatum si-
ve chrystallum minerale insigniter pro-
sunt.

℞. fol. Plantag. rec. M.ij. Hepaticæ, Becabun-
gæ ana M.ii. simul contusis affunde aq. Rapha-
ni compos. aut alterius Magistralis appro-
priatæ ℔ss. fi. expressio fortis. Dosis unc. iii
ter in die

Si enemata in Therapia huius morbi conve-
niant, probt aliquando (ne purgantibus fort-
oribus nimis diu insistatur, quæ saepe plus ~~mag~~
~~officiunt~~ nocent quam commodi) requisita sunt,
ad hunc modum præscribantur.

℞. Urinæ hominis sani et vinum bibentis
℔j. Terebinth. Venetæ cum vitel. ovi
solut. ℥jβ. salis Prunellæ ʒii. M.
Iuvat, quatenus urina fibras intestinales
vellicat, atque serum a sanguine imbibi-
tum, aut in eo prius contentum versus renos

prolectat.

Medicamentum sitim leniens et compescens Hydropicis et Tympaniticis perutile, qui siti plurimum urgentur, et tamen potus nisi in perexigua quantitate morbum auget, proinde minime concedendus est.

℞. conserv. Lujulae per setaceum traject. ℥iii pulp. Tamarind. ℥ii salis Prunel. ʒi. syr. e succo Lujulae q.s. f. Eclegma molle, de quo saepius lambat.

Ad Anasarcam ~~et~~ vel aquae intercutis The rapeüm, ~~per~~ praemissa corporis evacuatione per debita purgantia, ~~et~~ lixivium ex cineribus genistae vel absynthij egregie confert. Habet enim vim urinas potenter movendi, ~~et~~ ut eius usu nonnulli aegrotantium fere ad miraculum usque brevi convaluerint.

℞. cinerum genistae, vel absynt. vel sarmentorum vitis ad albedinem calcinat. et cribrat. ℥iv Ponantur in lagena vitrea cum vini albi ℔ii. Digerantur clausae et calide per 3 vel 4 horas, dein coletur. Dosis unc. vi ad viii bis in die

Ad eundem affectum potus diaetalis

℞ Cin. genist. albor. et mundat. ℔j. po=
nantur in sacculo cum ras. ligni Sassa
phras ℥iii rad. galangae minor. ℥j.
baccar. Juniperi et semin. dauci ana
℥ß. fi. sacculus pro 4 congiis cerevisiae
Post 7 vel ~~8~~ 8 dies sumatur pro potu
communi.

In hac hydropis specie, quando corpus uni
versum vel membra quaedam particularia aqua intercute intumescit, cura
per puncturam saepius plus quam alia
remedia externa confert, et corporis tumorem
oedematosum mirabiliter imminuit.
Cui si eodem tempore adiungatur pharmacia
interna, quae novum aquarum
proventum impediat, morbus radicitus ex=
stirpari potest. Quae huic intentioni satis
facit medicina, partim e catharticis
hydragogis, partim e remedijs alteranti=
bus componi debet. Alterantia hic requi=
sita eiusmodi esse debent, quae particulis
calidioribus et causticis praedita, massae san=
guineae Principia activa aut depressa resus=
citant, aut absumpta reparari faciunt. Quam=
obrem medicamenta ~~ex~~ chalybe parata (sc.
limatura chalybis aut chalybs cum sulph. praep.)
hic unice prosunt, et prae caeteris desyderantur.

Alter potus diaetalis ad morbi praedicti curam plurimum valens

♃ rasurae lig. Sanct. Sassaphras āā ℥iv. rad. Iridis florent. Calami Aromat. Galangae minor. enulae campan. āā ℥iß baccar. Junip. lauri āā ℥ii. semin. Anis. carvi, foenic. d. coriand. Aneth. āā ℥i piperis longi, cubeb. āā ℥iß. caryophillor. nucis Moschat. Zingib. āā ℥ß piper. Jamaicensis ℥ii. fol. siccat. Salviae acut. scorodoniae, calament. Agrimon. āā Mj. glyc. ℥iv. incisa et contusa coq. in aq. font. congijs iv ad dimid. Colatura frigofacta servetur in lagenis vitreis ad usum.

Remedia Asthmatis cura pro fiand.

Syrupus de Hobsonio compositus, qui a Medicis plurimum commendatur ad curam Asthmatis, hoc modo paratur.

R. rad. Hoberij, Polypod. quer. āā ℥ii. passular. minorum ℥ii. Sebesten nº xv. farfarae, pulmonariae, saturejae, calamentha āā Mj. fol. virgin. Nicotianae, glyc. rasae ℥ii. sem. urticae, bombacis āā ʒiß. coq. in mulsa diluta ad ℔iß. et cum tantundem sacch. f. Syrupus. Sumatur vel per se in forma linctus,

aut cochleatim mane et vesperi:

Aliud medicamentum ad eandem
intentionem

R. Specie de farfara ℥ij. fl. Benzoes,
sulphuris an ʒj. pulv. fol. erysimi,
et ex hedera terrestri optime sole col
lect. an ʒß. pulv. glycirrhiz. ʒj. cum
syr. e succo hederae terrestris q. s. fi.
Eclegma.

Prosunt et hae pilulae

R. gummi Ammon. et Bdellij in aceto
scillitico solut. an ʒj. fl. sulphuris
ʒß. salis succini ℈j. extract. Hele
nij ʒß. castorei ℈ß. croci gr. vj.
Terebinth. venetae q. s. fiat mas
sa in pilulas exiguas redigenda:
capiantur mane et vesperi, excep
tis purgandi temporibus

Haec ~~medicam~~ Praescripta erunt ex
tra insultus asthmaticos ad pro
phylaxin, ne morbus redeat, potius
vitio pulmonum accidit, ~~aliud~~ [illegible]

infarcit materia morbifica, sive sit humor crassus et viscosus Bronchijs impactus, sive seri redundantia pulmones opplens et distendens.
Datur aliud species Asthmatis, in qua Pulmones ab infarctu liberi sunt, a materia irritante nervos Pneumonicos obsidente proveniens. Est gravis et terribilis species Asthmatis, qua laborantes in summam respirandi difficultatem conjiciuntur. Haec nominatur Asthma convulsivum quod nervos respirationi dicatos convellat, et in motus irregulares adigat.
In hac Paroxysmus evanescit sine materiae crassis vel tennis, vel crassae exspuitione.
Ad hujus Therapeiam confert Antispasmodica Thoracicis conjungere, interposita corporis totius praeparatione per debita purgantia.
Evacuationis gratia hujusmodi Pilulae praescribuntur.
℞. Massae pilular. Rustrchin. ʒß. resinae [illegible] ℈ß [illegible]. Extract. Rud. ℈j. cum

syr. de bysantica q.s. fi. pilulae n.o xx.
Sumantur quatuor prima vice summo
mane, et dein intermissis septem die-
bus dosis altera repetatur.
Quod alterantia, in rem erit pi-
lulas superius praescriptas impera-
re, aut has sequentes.
4.o pulv. stillopedum praep. ʒii flor.
Benzoes ʒß salis succini ℈i. Extract.
Helenii ʒß. castorei ℈i. croci ℈ß. Te-
rebinth. Venetae q.s. fi. massa in pi-
lulas exiguas efformanda. capiat iv ma-
ne et vespori.
Prae caeteris autem medicamentis
laudatur spiritus salis Armoniaci
cum gummi Ammoniaco destilla-
tus, si a guttis x ad xv sumatur
in vehiculo aliquo idoneo, puta
aqua aliqua pectorali (ut aqua
Hyssopi vel ~~Ammonia~~ Magistrali) vel cochleari
syr. hederae terrestris.

Remedium virtutis eximiae
in tussi quacunque, modo febris absit.
2/. Tinctura sulphuris sine Empyreumate

℥ii. Dosis gutt. vi ad x vespere et mane
in cochl. syr. violar., vel a sugendo ho-
dere ~~torrefactis~~

Porrò hæc remedia ad tussim valent,
quando a ~~c~~ catarrho tenui ex arterijs
trachealibus exsudante, et in pulmones
confertim deglutiente, ortum habent.
officinalia sunt Diacodium tabulatum,
et Trochisci Bechici albi.

℞. spec. Diatragacanthi frig. ℥ii. pulv.
ff. papaverum rhoeados, lactis sulph. ana
ʒß. sacchari soluti in aqua Rosar. et
ad tabulatum cocti ℔iv. fi. tabulæ se-
cundum artem, ponderis ʒß. comedat
unam sæpius ad libitum sensim deglutiendo.

Pituitam tenuem incrassant, eius acri-
moniam definiunt et fluxiones impe-
tum sedant; proinde tussi ~~medentur~~ be-
nè conveniunt.

Convenit et hæc Apozema, si vel ho-
ris medicinalibus sumatur, vel ~~loco~~ po-
tus ordinarij ~~sumo~~ usurpetur.

R. rad. Chinæ concis. ℥ii. Sarsapar. iti-
dem concis. ℥ii. santali albi, ~~citrini~~ rubri
ana ʒii. rasur. eboris, C.C. ana ℥ii. fi. infu-
sio et decoctio in aq. font. ℔viii ad dimid.

addend. passular. maj. exacinat. ℥iii. mi
nor. ℥ii. Glyc. ℥iii. fi. colatura clara
per Manicam Hippocratis, ad usum asser
vanda. } Si adsit febricula, et calor immodicus
tussi coniungatur, in eam erit Glycirrhizam
recent. concis. in decocto hordei infundere, et uti
pro potu communi.

Unguentum ad praeservationem
faciei post exitum variolarum, ne
stigmatis earum deturpetur. Usurpari
autem debet, quando exarescere incipi-
unt.

Accipe cremoris lactis libras duas, sul-
phuris pulverat. drachmas duas, pulveris corticum
ovorum tantundem. Traijciatur per syn
donem raram ac tenuem, et adijce cre-
mori lactis; dein coq. ad consistentiam
unguenti frequenter agitando. Postea
ab igne remoto adde unguenti Pomati
℥ss. Tum colentur omnia per cribrum
tale rarum, et usui reserventur.

Syrupus de raparum radicibus ad
hunc modum conficitur.

℞. radices raparum in taleolas incisarum et
sacchari albissimi aa lbß. Ponantur in olla
vitreata. Vas Charta coopertum indatur Cli

bano cum panibus coquendis; quando eximi
tur, liquor exprimatur et usui servetur. Dosis
cochleare j mane et vespori vel per se, aut
in vehiculo idoneo, puta aqua lactis destillata.
Confert Phthisi in principio. Ad eundem usum
valet et Syrupus Limacum.

℞. Limaces integros nº xl. mundentur cum
panno lineo; dein singulis subula traiectis, tos
ta apertura pulvere Sach. Cand. impleantur,
atque sacculo lineo imposita suspendantur
ad ignem, vase vitreo ad Syrupum, qui per
deliquium destillabit, excipiendum supposi
to. Dosis huius cochl. j bis aut ter in die in
aqua aliqua appropriata, aut Decocto Pecto
rali.

Spiritus Salis Armoniaci cum ~~Olibano~~ gummi Ammoniaco destillat.
remedium est insigne ad Peripneumoniam.
Lentoremⁿ illum cum sanguinis viscositatem vel
lit et dissoluit. Exhiberi licet a gutt. xii ad xv vel
xx in vehiculo idoneo ter in die.

Julapij Cordialis formula.

℞. Aq. Melissæ, Cerasor. nigrorum aa ℥vi. aq.
Gilberti ℥j. ~~Margarit. pulverit~~ ʒj Syr. de corti
cibus citri ℥j. M.

138. Ab ileo vomitus, vel singultus, vel spasmus funestum.

Ileos affectio est, in qua nihil per inferiora excernitur. Hinc, si malum aliquantisper durat tandem supervenit vomitus ~~tam~~ modò bilis, pituitae, ob per- stercoris ^ versionem motus intestinorum peristaltici, qua omnia sursum cum vi feruntur. Hinc etiam singultus et spasmus in morbi progressu adveniunt vel expansa ratione, vel lacessito ventriculi orificio ab acrimonia materiae stercorosae corruptae; et tunc ~~[illegible]~~ in contractione tracto cerebro spasmus in- ~~[illegible]~~ τῇ τοῦ στομάχου κακώσει spasmus ducitur.

139. ὁκόσοισι διεστηκότα τὰ οὖρα γίνεται, τουτέοισι ταραχὴ ἰσχυρὴ ἐν τῷ σώματι ἐστίν. h. e. ubi diversitas urinarum, aut in illis inconstantia conspicitur, ut si pars quaedam cocta, pars cruda appareat: vel si hodie pepasmi particeps videatur, at mox sequenti die cruditatis notas adferat; multiplicem arguit materiam in vitio esse. Unde premitur natura, cum nec materia sit uniusmodi, nec natura ductus eodem filo tractatur: ubi n. natura triumphat, uniusmodi producunt excrementa. Nam ubi eadem semper urinae idea apparet, materiae benignitatem arguit.

140. Catarrhi defluentes in superiorem ventrem, ad suppurationem veniunt intra dies viginti: Accipe de huiusmodi catarrhis, quae phlegmonen excitant. Tales sunt, qui sanguinis copiam pro vehiculo potiuntur, qui a capite, venis magnis vicinis, vel a toto corpore influunt in regionem pectoris; cum expectorato non excluduntur, ob imbecillitatem partium, aut materiae contumaciam, vel viarum angustiam. Hinc saepe in tabum abit pulmo ex pituita illapsa eo, quae cunctando ibi putrescit.

141. Quibus purulentum iecur aduritur (i.e. cauterio potentiali) si pus purum, ac album effluxerit, salvi evadunt: his enim in membrana pus continetur; sin verò qualis amurca profluat, moriuntur. Ratio Ach. ab ipso Hippocr. proponitur illis verbis: his n. in membrana, et cæt.

142. Sternutamentum fit ex capite, calefacto cerebro, aut humectato spatio in capite inani. Quo in Ach. duplex ratio assignatur sternutamenti, una, quando cerebrum præter modum calefactum materiam vaporosam in se colligit, quam in flatus convertit, indeque cum impetu per nervos expurgat. Altera, quando cerebri ventriculi, seu potius inane spatium inter cerebrum et meningas, et sinus cerebri serosa humiditate replentur. Hæc illapsa in os ethmoides, narium membranam irritans, sternutationem concitat.

143. Quæ per vesicam prodeunt, spectare oportet, si sint qualia in statu sano excerni solent. Nam quæ his minus sunt similia, insalubriora; quæ verò sanis ~~sint~~ sunt similiora, minus insalubria.
Quò quid longius a naturali statu recessit, eò est deterius, quæ verò sanis similia, ea optima. Ita cuncta symptomata examinari debent, nimirum in excremen torum substantia, qualitate, quantitate, excernendi tempore et modo: et qualitate immutata, ut ex colore, corporis mole, et charactere: præterea in actionibus animalibus, vitalibus et naturalibus.

130. τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης γίνεται, μετάστασιν ἴσχει. ὁκόσοισι δὲ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτέων γίνεται, τουτέοισιν τὰ πολλὰ συναποθνήσκει:

Conuulsiones epilepticæ quæ ante pubertatem eueniunt, curationem recipiunt: at quibus eæ euenerint vigesimo quinto ætatis anno, vt plurimum commoriuntur.

131. Ἡ φθίσις γίνεται μάλιστα ἡλικίῃσι τῇσιν ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτέων μέχρι πέντε καὶ τριήκοντα: ratio est, quod iuuenes abundent sanguine, tum etiam propter forinsecus aduenientia, vt ictus, casus, valida exercitia, vas aliquod in pulmonibus rumpunt, vnde tabes sequitur. Adde plurimos in victu errores committunt, quæ vel serinæ destillationi in pectus, aut sanguini salso et acri generando occasionē præbent. Porro propter palindromen sanguinis ad has partes fit Phthisis interdum, suppressa solenni aliqua euacuatione, vt in puellis non menstruatis.

132. Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἢν βούλῃ ἐπισχεῖν, σικύην ὡς μεγίστην πρὸς τοὺς τιτθοὺς πρόσβαλε:

Mulieri si immodice fluentia menstrua sistere velis, cucurbitulam quam maximam mammis apponito. Siquidem hoc pacto sanguis, qui sæpe per venas mammarias ad vterum fluit, ratione attractionis a cucurbitula factæ reuellitur. Monet Gal. in com. satius esse, non ipsis mammis cucurbitulam admouere, sed paulo inferius.

133. Ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ αἱ καθάρσιες πορεύωνται, ἀδύνατον τὸ ἔμβρυον ὑγιαίνειν:

134. Si muliere grauida existente, menstrua multum sæpèque fluant, impossibile est fœtum sanū esse. Quoniam fœtui alimentū subtrahitur, et suo

defraudatur genio. Non autem quasi sanguine mater
no alatur infans in utero; sed multum, et consentim fo
ras ~~ejecto~~ sanguine, succus alibilis, ~~quo~~ cum sanguis est ve
hiculum, simul effertur. Hic quaeri potest, an gravida
menstrualis esse potest? Resp. praegnantem semel men
ses etiam copiose fundere posse, citra noxam foetui
illatam. Imo ~~quae~~ foeminae plethoricae toto fere gestatio
nis tempore superfluum sanguinis onus deponere pos
sunt innoxie per venas, quae ad uteri cervicem propagantur.

135. Ver cachyma corpora servat, impura arguit. Heurn. In Aphor.

136. Τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι τὰ γενόμενα ἕλκεα ἐν τῷ σώματι,
οὐ ῥηϊδίως ὑγιάζεται: nempe quae ratione hydropi
nascuntur. Ulcera enim ad curationem postu
lant sanguinis benigni affluxum, et siccita
tem. Neutrum vero horum in hydrope contin
git. Quare in hydrope ulcera insanabilia
sunt. Cave ergo (inquit Heurnius) ne caute
ria inuras hydropicorum corporibus.

137. Quae cum risu accidunt deliria, tutiora sunt ~~quam~~
quam quae cum studio, vel serio: ratio est, quod deli
ria ludicra, et ridicula monstrant cerebrum mitiori
bus vaporibus et ichoribus sanguineis impeti; unde
nec periculose insaniunt, nec ~~[illegible]~~ male adeo contumax
est. ~~[illegible]~~ Quod vero cum studio accidit delirium, medium est in
ter ridiculum, et id quod audax ac ferinum dicitur; ortum
habet ab adusta, et retorrida bile, quae si magis torrea
tur, ut tandem in atram bilem facesset, ~~[illegible]~~
omnium pessimum oritur delirium; quod iracundiam,
feritatem ac audaciam adjunctam habet.

ad superiora affectante proveniunt; ideo vomitorij usus commodus et proficuus erit.

122. Τὰ κρίσιμα μὴ αὐτίκα ἐπιφαίνεσθαι subb. χρὴ vel quid huiusmodi: nulla excretio, quae criseos vicem obtinet, boniq[ue] aegri rebus apparet, debet subito, et mox ab initio morbi fieri. tunc enim cruda sunt omnia, et non cocta.

123. Omnis excretio (praesertim si paulò copiosior fuerit) quae fit ineunte morbo, symptoma est magnarum affectionum, quae corpori insunt.

124. Τοῖσι κοπιώδεσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἐς ἄρθρα καὶ παρὰ τὰς γνάθους, μάλιστα αἱ ἀποστάσιες γίνονται: qui ingenti lassitudine detinentur et franguntur in febribus, in his circa articulos, et ad maxillas abscessus plerumque fiunt; sc: per diadosin materiae febrilis, quam natura seu copia, seu qualitate lacessita, in iis febribus quae lassitudinem coniunctam habent, non ~~ad~~ aliis, ad articulos, aliquando et maxillas, aut ponè aures, nunc symptomaticè, nunc criticè propellit.

125. Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι, πνὶξ ἐξαίφνης ἐπιγίνηται, θανάσιμον: si cui ~~[illegible]~~ febri implicito, nullo in faucibus apparente tumore, repente incidat strangulatio, lethale est. Hoc Aphorismo notatur latentis anginae periculum, quae saepe noctis unius spatio, vel horis viginti quatuor hominem iugulat. In tali enim, ~~int~~ interni et profundè siti laryngis musculi inflammatione occupantur: cuius nulla signa cernuntur, nisi doloris, et orthopnaea: et ideo strangulatio repente ingruit, quoniam omnimoda fit respirationis interceptio. ~~Pr~~ Angina autem, quae laryngis musculos obsidet, multo minus calamitosa est, maximè si ~~rubor~~ tumor aliquis, aut intro ~~tumor~~ foras, praesertim conspiciatur. Hinc alibi dicit Hippocr. Angina correpto si tumor in collo appareat, bonum; extra enim vertitur morbus.

126. ἱδρὼς πολὺς ψυχρὸς ἀεὶ ῥέων, ὁ ψυχρὸς μέζω, ὁ δὲ θερμὸς
ἐλάσσω νόσον σημαίνει; ratio est, quia huiusmodi sudores
citra ullum dierum criticorum delectum erumpentes per totum
morbi decursum non tam naturam allevant, quam
debilitant ipsam; porro deteriorem morbi morem in
dicant; maxime si sudor frigidus fuerit. Is n. vel ma
teriae malignitatem, aut calidum nativum ~~[illegible]~~ prope
morbo profligari, ac vinci ostendit.

127. ὅκου ἂν ἐν τῷ πυρετῷ μὴ διαλείποντι δύσπνοια γίνηται καὶ πα
ραφροσύνη, θανάσιμον. Sensus Aphorismi est, ubi in febre
continua delirio accesserit spirandi difficultas, ~~mors in~~
spes in angusto est; quia duae partes principes labefac
tantur.

128. ὁκόσοισιν ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περιγλίσχρα γίνε
ται, ἰσχυρότεροι γίνονται οἱ πυρετοί: quorum dentibus in fe
bribus lentores adhaerent, eae vehementiores sunt. Acci
dit hoc ab affluxu humoris cuiusdam viscosi, qui non
solum dentibus instar glutinis tenaciter adhaeret,
sed etiam linguam oblinit, et incrustamento viscido obdu
cit, qui quoties abstergitur, de novo succrescit. Notat
vehemens incendium circa praecordia conceptum,
quod supra modum torret et incrassat humiditates
ad linguam et dentes ~~adhaesas~~ depositas. Interdum isti lento
res nigro colore sunt, et tum peioris notae sunt.

129. ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἴκτεροι ἐπιγίνονται πρὸ τῶν ἑπτὰ
ἡμερῶν, κακόν: ratio Aphorismi est, cum ante septimum
diem cruditatis plena sunt omnia, nulla excretio ante
septimum diem salutaris esse potest; quod illa excretio an
te septimum diem facta significata non fuit (non enim
significari potuit) signis ad tempus criseos pertinenti
bus. Non tamen hinc sequitur, quod is ictericus qui post
septimum incidit, periculi expers est: nam forse
[illegible] poterit obstructio et phlegmone.

nascuntur, quos Hippocr. recenset. Ita si in singulis anni
temporibus insignes et insolitæ eveniant mutationes vel excessus aut
caloris, vel frigoris. Natura gaudet temperamento mediocri
tate, nec bene fert insignes ametrias in uno eodemq; an
ni tempore, quamvis bene morata fuerint cætera.

115. τῶν κρισίμων οὐδὲν σμικρὸν εἶναι χρεών; inquit Galenus. Quo
niam quod paulum excernitur, copiosiores vel malignos
humores a natura regi non posse, aut summam natu
ræ fatiscentis expultionem denunciat. Quocirca dam
nantur sudatiunculæ, substilla sanguinis, et exigua di
arrhœa. Totus quippe humor noxius, non eius porti
uncula evacuari debet.

116. Ἐν τοῖσι καθεστῶσι καιροῖσιν ἢν ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδῶσιν,
εὐσταθέες καὶ εὐκρινέστατοι γίνονται αἱ νοῦσοι· ἐν δὲ τοῖσιν ἀκα
ταστάτοισιν, ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι: h.e. Statis vel defini
tis anni temporibus, si tempestates convenienter sein
vicem excipiant i.e. si singula statum naturalem,
sibi q; proprium retineant: Ut si ver sit tempera
tum, æstas calida et sicca, cum Etesijs et pluviarum
vicissitudine; Autumnus inæqualis, flante Euro: hy
ems frigida et humida sine excessu) tum qui oriri
unt morbi, bene morati sunt, et secundi iudicij. At
incertis, nec sibi constantibus temporibus, et a consti
tutione propria longe recedantibus, adversi, difficiu
lisque iudicij eveniunt morbi.

117. τὸ φθινόπωρον τοῖς φθίνουσι κακόν: nimirum quod propter
inæqualem aeris temperiem, quæ in Autumno solet acci
dere, destillationes et catarrhum in pulmones augeat.
Densat etiam corporis habitum, et poros a præcedenti
æstatis calore apertos constringit.

118. τῶν καταστάσεων τοῦ ἐνιαυτοῦ, τὸ μὲν ὅλον οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομ
βρίων εἰσὶν ὑγιεινότεροι, καὶ ἧσσον θανατώδεες: Inter anni sta

tus omnino siccitates assiduis imbribus sunt salubriores, et
1150 morbi minus funesti oriuntur. Intemperies sicca sanitati est accommodatior, quam humida immoderatio. Ratio Aphorismi; quod siccitas, si iuncta fuerit cum moderato calore et frigore, minorem excrementorum copiam in corpore gignit, et humores minus ad putredinem disponit, quam constitutio Austrina, seu pluvialis.

119. Νοσήματα πάντα μὲν ἐν πάσῃσι τῇσιν ὥρῃσι γίνονται, μᾶλλον δ' ἔνια κατ' ἐνίας αὐτέων καὶ γίνεται καὶ παροξύνεται.

De morbis, qui singulis anni temporibus ~~proprie~~ congruenter et maxime usitatò eveniunt; tum etiam de iis, qui singulis humanae vitae aetatibus proprii et congeneres sunt vid. Hippocr. Aph. l. 3. incipiendo ab Aph. 19. ad ultimum usque libri.

120. Τὰς κυούσας φαρμακεύειν, ἢν ὀργᾷ, τετράμηνα καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν, ἧσσον δὲ ταύτας· τὰ δὲ νήπια καὶ πρεσβύτερα εὐλαβέεσθαι χρή. Gravidae purgandae sunt, si materia turgeat, a quarto, ~~et~~ ad septimum mensem, quamvis tum temporis parcius. Nam ~~initio~~ mox a facta ingravidatione, tum etiam quae ~~circa~~ longe processit, purgatio cautissimè suscipienda est. Ratio est, ne a pharmacia exhibita corpus praegnantis validius commoveatur, atque hoc pacto abortus inferatur. cuius maius imminet periculum in foetu iuniore, et grandiore. Tum enim foetus haud ita tutò in utero iacet, atque cum primum moveri incipit; quo tempore umbilici ac secundinarum vincula fortius utero alligantur.

121. Ἀκαθάρτῳ ἐόντι ἀποσιτίη καὶ καρδιωγμός, καὶ σκοτόδινος, καὶ στόματος ἐκπικρούμενον, ἄνω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει: Si cui febris experti accidant cibi fastidium, morsus orificii superioris ventriculi, oris amaritudo, hunc purgatione per superiora opus esse indicio est; quoniam haec symptomata a bilioso succo in ventriculo redundante, et viam

tu esse et alicubi defixum: quod plerumque in cerebro
contingit, unde Phrenitis, seu delirium. Vel significat
summam cruditatem, quae aut mortem, aut morbi
longitudinem portendit. Longo enim tempore natura
indiget ad illam summam cruditatem tollendam; idcir
co si febris non admodum sit vehemens et acuta, et
vires validae sint, aliquando salus, longo tamen
tempore succedit. In vehementi vero febre, cum viri
bus praelanguidis prorsus exitiales existunt.

108. Urinae in febribus sanorum similes colore, consis
tentia et contentis, ~~pessimae~~;

Argumento enim sunt, malignam et venenatam
qualitatem subesse, et febrili efferbescentiae prae
valere. Quae malignitas, cum non ~~non et~~ ~~...~~ mag-
nopere accendat sanguinem, neque ~~...~~ materi
am retorridam in vasis congerat; sit, ut urina ni
hil aut parum a statu naturali immutetur. Le
nior cum sensim et tacite sanguini corruptione
inducat, et facultati vitali et animali peculiariter
adversetur; longe periculosior est, quam simplex
putredo, mortemque certius ~~inde~~ affert. Hoc tales
urinae, licet bonitatis speciem prae se ferant, ta
~~men~~ in febribus ~~aliis~~ aliis malis symptomatis stipatis,
peiores longe sunt, quam illae, quae a statu na
turali magis deflectunt. Praeterea licet aliquando
febres malignae insignem in sanguine ~~efferve~~ effervescentiam
concitent, tamen cum quicquid excrementitium in mas
sa viis congeritur, statim cerebro et nervoso generi
transferatur; hinc evenit, ut urina materia ~~...~~ bilio
sa ~~...~~ seu adusta destituta usque solito more se ha
beat.

109 Ἢν φόβος καὶ δυσθυμίη πολὺν χρόνον διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον. nempe si sine causa manifesta, et cum nulla ratione.

110 Natura ad officium accommodat instrumenta.

111 Οἱ εὖ τὰ σώματα ἔχοντες, φαρμακεύεσθαι ἐργώδεες: qui sano sunt corpore, hos purgare grave est. Purgatio enim in talibus non iure et loco adhibetur, in quorum venis et visceribus nulla suppetit cacochymia, quam medicamentum catharticum evacuaret. Ideo exitu sani a purgantibus offenduntur. Interdum enim ab his in syncopen conjiciuntur; pharmaci acrimonia, succi alibilis hypercatharsi, resolutione partium solidarum.

112. Τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσι νέοισιν ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τῆς ἡλικίης, καὶ τῶν χωρίων, καὶ τῶν βίων ποιέουσι.

113. Πάντα κατὰ λόγον ποιέοντι, μὴ γινομένων τῶν κατὰ λόγον, μὴ μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερον, μένοντος τοῦ δόξαντος ἐξ ἀρχῆς.

Quo Aphorismo admonetur Medicus, ut remedijs secundum rectam rationem adhibitis diutius insistat, etiamsi ne quicquam proficiat. Nam ut dicit Gal. quidam morbi non tam remediorum viribus, quam usu diuturniore expugnantur. Gutta cavat lapidem non vi, sed saepe cadendo. Si tamen aliquid non sat cito respondet, licet aliud consimile experiri.

114. Αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα τίκτουσι νοσήματα, καὶ ἐν ~~τῇ~~ τῇσι ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ ἢ ψύξιος, ἢ θάλψιος, καὶ τἄλλα κατὰ λόγον οὕτως.

Maxima vis in aere et caelo est ad generationem morborum. Qualis itaque aer, tales spiritus et humores sunt corporis. Si enim anni tempora per[?] mutentur invicem, nec suas proprias constitutiones servent (ut ex. gr. si hyems in ver, et ver in aestatem degeneraverit) complures morbi

94. ὁκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι χρονίης ἐξίσταται τὸ ἰσχίον, καὶ πάλιν ἐμπίπτει, τουτέοισι μύξαι ἐπιγίνονται.

95. ὁκόσοισι ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι χρονίης τὸ ἰσχίον ἐξίσταται, τουτέοισι τήκεται τὸ σκέλος καὶ χωλοῦνται, ἢν μὴ καυθῶσιν.

96. Γυναικὶ, τῶν καταμηνίων ἐκλειπόντων, αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῆναι, ἀγαθόν, h.e. Mulieri, cui menstrua deficiunt, si sanguis confertim fluat e naribus, bono est.

97. Mulieri utero gerenti, si mammæ repentè gracilescant, abortit. Huius noua et verior interpretatio petenda est a Prosp. Martiano in Hippocr. p. 365. et Entio Apolog. pro circulat. sang.

98. Καταμηνίων γινομένων πλειόνων, νοῦσοι ξυμβαίνουσι· καὶ μὴ γινομένων, ἀπὸ τῆς ὑστέρης ξυμβαίνουσι νοῦσοι: h.e. Si menses copiosius et confertim erumpant, oueniunt morbi; ut: cachexia, atrophia, hydrops: et si non fluant vel subsistant, etiam nascuntur morbi.

99. Si muliere pregnante ~~[illegible]~~ purgationes vterinæ sæpe multo si emanent, fieri nequit, ut fœtus sanus euadat. Accipe Aphorismum de fluxu menstruorum longe à principio grauiditatis. Primis enim mensibus catamenia ferri possunt, absque ulla aut matris aut infantis læsione. Sin verò tertio aut quarto mense elapso, menstruorum eruptio contingat, et inde singulo mense ~~[illegible]~~ repetat, matrem et fœtum imbecilla reddit.

100. Lac dare caput dolentibus malum: malum est etiam febricitantibus, et quibus suspensa quasi pendula Hypochondria murmurant, et etiam siticulosis: malum est quibus fæces biliosæ secedunt cum febre acuta, et qui sanguinem multum rejiciunt. Sed conuenit tabidis, modò non admodum febricitet, ut et conuenienter exhibetur ad febres diuturnas ac lentas, si nullum ex signis prædictis adsit, et supra modum extenuatis. Atqui ut prosit lac, hæc adsint oportet.

Ut coquatur ex facili, distribuatur facilè, non vertatur in nidorem, non acescat.

~~88.~~ 102. Ἐν τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσιν ὀξυρεγμίη ἐπιγινομένη, μὴ γινομένη πρότερον, σημεῖον ἀγαθόν: In diuturnis lienterijs si ructus acidus superveniat, qui prius non aderat, bono indicio est.

103. ~~89~~ Tales sunt aquæ, quales sunt terræ, per quas fluunt.

104. Si per somnū aliquid albi oculorū apparet, non ex totò clausis palpebris (modò non evenerit ex præcedente diarrhœa, aut pharmaci potu) mala et lethale. Illud enim facultatis palpebras moventis extinctionē significat.

105. Surditas quæ ex critica perturbatione provenit, alijsq; signis decretorijs comitata est, salubris esse consuevit.

Signa decretoria, quæ surditatē comitari debent, ut salutaris dici possit, sunt præcipuè concoctionis signa, quæ in excrementis apparere solent, et bona perpetuò esse consueverunt.

106. Surditas acutis morbis turbulentisq; superveniens, grave est malū.

Quemadmodum surditas cum bonis signis iuncta bona est, ita cum malis mala esse consuevit: ideo si morbus acutus sit atq; turbulentus, i.e. cum delirio et gravibus alijs symptomatis coniunctus, surditas ei obveniens mortis periculū minatur.

107. Urinæ tenues, albæ et aquosæ in febribus exitiales; maxime si in phreniticis tales appareant.

Vel enim significant biliosum humorē, a quo urina tingi debeat, ~~sursum~~ esse a cruoris sinu solve

71. Sudatiuncula omnis, præcipue quæ circa caput
et ceruicem apparet, mala.
72. Οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ γιγνόμενοι, θά-
νατον· ξὺν πρηϋτέρῳ δὲ, μῆκος νούσου σημαίνουσι
73. Sudores in principio morbi apparentes, mali.
Quicunque abscessus post signa coctionis apparent,
74. et secundum rectitudinem partis affectæ, et in loco
ab illa valde remoto, decliui et capaci, non valde
exquisito sensu donato, et qui citissime ad suppu-
rationem peruenerint, salutares: qui contrario
modo se habent, periculosi.
75. Quicunque abscessus foràs vertuntur, optimi sunt,
qui parui, et maxime egrediuntur, atque ad exteri-
ora eminent, et in acumen eleuantur. Qui verò
maiores sunt, plani et omni acumine destituti, ma-
li; tum etiam quicunque ad interiora vergunt, vel
intrò rumpuntur.
76. Quicunque abscessus, postquam apparuerint, citò
recurrunt, et occultantur, funesti.
77. Quæ dolenter ad aures assurgunt, pestifera.
78. Parotides, quæ magnitudine moderatæ, sine
dolore, integris viribus, in aliquo die critico, et ante-
gressis signis coctionis erumpunt, bonæ.
79. Pustulæ in febribus acutis admodum rubentes, vel
præcipuè liventes aut nigricantes, exitiosæ.
80. Stertor in acutis, qui vigilantibus inter vessi-
vandum fit, lethalis est.
81. Hæmorrhagia narium in principio morbi, mala.

82. Stilla sanguinis pauca per nares effluentes, mala.

83. Sanguis bene ac largiter fluens e naribus, die Critico, salutaris.

84. Quibus febres cessant sine signis coctionis, recidivam in his expectare oportet.

85. Τοῖσιν ὑγιαίνουσιν σφαλεραὶ αἱ πάνυ λεπταὶ καὶ καθεστηκυῖαι καὶ ἀκριβέες δίαιται, ὅτι τὰ ἁμαρτανόμενα χαλεπώτερον φέρουσι. Διὰ τοῦτο οὖν αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται σφαλεραὶ ἐς τὰ πλεῖστα τῶν σμικρὸν ἀδροτέρων.

86. Partes robustæ in debiliores onus superfluum perpetuò deponunt.

87. Qui crescunt, plurimum habent calidi innati; plurimo igitur egent alimento, alioqui corpus absumitur. Hippocr.

88. Senibus parum calidi innati inest, paucis propterea fomitibus egent, quia a multis extinguitur. Idem.

89. Ἐπὶ φλεγμονῇ τοῦ ἥπατος λύγξ, κακόν. Hippocr.

90. Ἐν τοῖσιν ἰκτερικοῖσιν τὸ ἧπαρ σκληρὸν γενέσθαι, πονηρόν.

91. Ἢν γυναικὶ κυούσῃ ἐρυσίπελας ἐν τῇ ὑστέρῃ γένηται, θανατῶδες.

92. Grauidam mulierē morbo acuto corripi, pernitiosū.

93. Difficulter parienti superueniens sternutatio, bonum.

57. Mente constare, et bene se habere ad ea quae offeruntur, bonum: contra vero se habere, malum. Hippocr. aph. 33. sect. 2.

58. ὑπὸ φθίσιος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγενομένη, θανατῶδες: nempe si supervenerit, Phthisi iam confirmata. Tunc enim oeconomiam naturalem summè labefactatam esse indicat, et coctionem pessimè absolui in ventriculo et visceribus. Ideo in his tum propter contabescentiam, quae ab ulcere pulmonis et febre lenta provenit, tum etiam ob alui fluxum, quae emaciem et corporis extenuationem accelerat, cita mors impendet. ~~[illegible]~~ Siquidem alui diarrhoea ~~[illegible]~~ vires elidit, et spiritus exhaurit, ~~in his mors [illegible]~~ adeoque mortem citius accersit.

59. ὁκόσοι αἷμα ἀφρῶδες ἀναπτύουσι, τουτέοισιν ἐκ τοῦ πνεύμονος ἡ τοιαύτη ἀναγωγὴ γίνεται.

60. Ἐν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον· ἢν δὲ ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον.

61. Ὅκου παραφροσύνην ὕπνος παύει, ἀγαθόν.

62. Ἢν ἐκ νούσου τροφὴν λαμβάνων τις, μὴ ἰσχύῃ, σημαίνει, ὅτι πλείονι τροφῇ τὸ σῶμα χρέεται· ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντος, τοῦτο γίνηται, χρὴ εἰδέναι, ὅτι κενώσιος δέεται.

63. ὁκόσοισι κρίσις γίνεται, τουτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος, ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ· ἡ δὲ ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπὶ τὸ πολύ: nimirum si crisis sit perfecta, quod tunc materia morbifica a natura sit domita, et expulsa. Sin solum sit inchoata, et partialis, non ita facilis est nox, quae critico paroxysmo succedit.

64. οἱ πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν: h. e. exercitia horas aliquot ante pastus iniri debent. Tunc enim usus eorum commodus est, et tempestivius.

65. Somnus comatosus in febre acuta perniciosus.

66. Siquis in febre continua obstupescat, et veluti catoche afficiatur, morbo laborat pessimo.

sicut in priori Aphorismo dictum est, coma in febribus acutis esse periculosum; sic catoche multo periculosior est, quae fit a translatione materiae siccioris in cerebrum et nervos; unde contentio nervorum: atque ideo qui hac affectione laborant, eodem in statu manent, et apertis atque inconniventibus oculis stupidi consistunt, et ita a comatosis differunt, qui perpetuo clausos oculos habent.

67. Quicunque febricitantes neque noctu, neque interdiu dormire possunt, valde periclitantur.

Illae enim perpetuae vigiliae intemperiem cerebri summe calidam et siccam denotant; et tandem deliria convulsionesque accersunt.

68. Deliria, quae circa morbi initia apparent, magis periculosa.

Inde enim ostenditur causae morbificae magnitudo et vehementia, quae primo statim insultu tam grave symptoma producit.

69. Delirium cum notabili oblivione, ignavia, et stupiditate apparens, exitii est indicium.

Quod enim non cognoscant familiares, neque factorum recordentur, argumento est, cerebrum a materiae febrilis metastasi graviter opprimi, eiusque insitum temperamentum penitus destrui. Quapropter necesse est, ut taliter affecti in febribus, fatum effugere non possint.

70. Ex deliriis ea minus mala censenda, quae mitia leviaque sunt, et non perpetuo aegrotos tenent, sed parvo tempore, atque cum aliis non lethalibus signis perdurant.

34. Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρί
σιν ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθεν.

35. Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις καὶ ἐν ἀρχῇσι, τῇσι
φαρμακείῃσι χρέεσθαι· καὶ τοῦτο προεξευκρινήσαντας ποιέειν.

36. Quoscunque morbos medicamenta non sanant,
ferrum sanat, quos ferrum non sanat, ignis sa
nat. Celsus.

37. Τῶν ὀξέων νοσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες
αἱ προδιαγορεύσιες, οὔτε τοῦ θανάτου, οὔτε τῆς
ὑγιείης.

38. Prudentis est hominis, eum, qui serva
ri non potest, non attingere

39. Τροφὴ τῷ μὲν ὑγιαίνοντι ἰσχύς, τῷ δὲ κάμνοντι
νόσος.

40. Κόποι αὐτόματοι φράζουσι νούσους.

41. Quiete et abstinentia multi magni mor
bi curantur.

42. Περὶ τὰς γενέσιας τοῦ πύου, οἱ πόνοι καὶ οἱ πυρε
τοὶ συμβαίνουσι μᾶλλον, ἢ γινομένου.

43. Frigus nervis est inimicissimum.

44. Ὁκόσοισι τὸ ἧπαρ ὕδατος πλησθὲν ἐς τὸ ἐπίπλοον
ἐκραγῇ, τουτέοισιν ἡ κοιλίη ὕδατος ἐμπίπλαται, καὶ ἀπο
θνήσκουσιν.

45. In ardentissimis febribus, summis vigiliis, et
vehementissimis doloribus, sanguis usque ad ly
pothymiam mittendus.

46. Καλοὶ τὸ χείμενον μὴ κινῆτον.

47. Unaquæque pars peculiare habet parenchyma, peculiare etiam obtinet officium. Gal.

48. Melancholicis et insanientibus si varices, aut hæmorrhoides supervenient, bonū est. nempe si critice fiant, et non symptomaticè, multiplicata materia, vires ingravente.

49. Ἀνευρίσκει ἡ φύσις αὐτὴ ἑαυτῇ τὰς ἐφόδους ~~οὐκ~~ ἐκ διανοίας.

50. Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης, καὶ τοῖσιν ἐμέτοισιν τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσιν. ἢν δὲ μή, τὸ ἐναντίον. et cæt.

51. A sanguinis sputo, puris sputum malum.

52. Morsus decolores, nec per idem semper tempus redeuntes, purgationem indicant esse necessariam.

53. Omnis scirrhus confirmatus cum lienis, tum aliarū partium est incurabilis.

54. Τοῖς σπληνικοῖς τὰ μὲν δριμέα, καὶ τὰ πικρὰ ὠφέλιμα, τὰ δὲ γλυκέα βλαβερά.

55. Τὸ ποικίλον τῆς διαίτης ~~[illegible]~~ ποικίλα τίκτει νοσήματα

56. Vitia renū et vesicæ in senibus difficulter curantur.

57. Sudor multus in febre acuta apparens, eamque non imminuens, malus.

11 Erratum primæ coctionis nunquam corri
gitur in secundâ.

12 Φαρμακεύειν ἐν τοῖσι λίην ὀξέσι πάθεσιν, ἢν ὀργᾷ,
αὐθήμερον· χρονίζειν γὰρ ἐν τοῖσι τοιούτοισι
κακόν.

13 Ἢν αἷμα καὶ πῦον οὐρέῃ, καὶ λεπίδας, καὶ ὀσμὴ ᾖ,
τῆς κύστεως ἕλκωσιν σημαίνει.

14 Ἢν αἷμα οὐρέῃ καὶ θρόμβος, καὶ στραγγουρίην ἔχῃ,
καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ ὑπογάστριον, καὶ ἐς τὸ
περίναιον, τὰ περὶ τὴν κύστιν πονεῖ.

15 Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ ψαμμώδεα ὑφίσταται, τουτέ
οισιν ἡ κύστις λιθιᾷ. subintellige et renes.

16 Ὁκόσοι ἀπὸ ταυτομάτου αἷμα οὐρέουσι, τουτέοισιν
ἀπὸ τῶν νεφρῶν φλεβίου ῥῆξιν σημαίνει.

17 Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι πιτυρώδεα
συνεξουρέεται, τουτέοισιν ἡ κύστις ψωριᾷ.

18 Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι, σαρκία μικρὰ,
ἢ ὥσπερ τρίχος συνεξέρχονται, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν
νεφρῶν ἐκκρίνεται.

19 Ἢν αἷμα ἢ (καὶ) πῦον οὐρέῃ, τῶν νεφρῶν, ἢ τῆς κύστεως
ἕλκωσιν σημαίνει.

20 Albæ urinæ a phreniticis sunt mortiferæ.

21 Cui morbus initurus est crisin septimo die eo
nam, edit [illegible] signa quarto die.

22 Ὁκόσοισιν ἐν πυρετοῖσιν τὰ οὖρα ἀνατεταραγμένα,
οἷον ὑποζυγίων, τουτέοισιν κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισιν,
ἢ παρέσονται.

23 Omnis mutatio in actionibus, in accidentibus, et excrementis, quocunque modo oriatur consuetudine, et citra externam caussam eueniens, morbum minatur.

24. Περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη, πάντα ἀσθενέστερα· περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς, ἰσχυρότερα.

~~25 Post statum et in declinatione morbi [illegible]~~

26. Ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ, ἐπιγινομένου ῥίγεος, λύσις γίνεται.

27. Τριταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισι, τὸ μακρότατον.

28 Ὁκόσοι πλευριτικοὶ γενόμενοι, οὐκ ἀνακαθαίρονται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι, τουτέοισιν ἐς ἐμπύημα καθίσταται.

29. Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται, καὶ δίψαν ἔχῃ, θανάσιμον.

30. Ἐν τοῖσιν ὀξέσι νουσήμασι ψύξις ἀκρωτηρίων, κακόν.

φύσιες νούσων ἰητροί.

31. Natura est morborum medicatrix; Medicus vero naturae minister.

32. Consuetudo est altera natura, et consueta longo tempore, etsi deteriora sint, insuetis minus molesta esse solent.

33. Ὁκόσοισι φλεβοτομίη ἢ φαρμακείη ξυμφέρει, τουτέοισι προσήκον τοῦ ἦρος φλεβοτομεῖν, ἢ φαρμακεύειν.

ſimſ autem uno complexu deſignant totum curſum Regni Xti ab in
itio uſq; ad finem, ut hic ſit ſenſus ergo totius loci eſt, qd. Effundet
Deus Spiritum ſuum, et auſpicabitur Xtus regnum ſuum, qd non ad
triduum aut breve tempus, ſed uſq; ad finem mundi durabit. Erūt
interea maximæ calamitates, oſtendetq; Deus iratum ſe inſeſtū
hominibus: ut miſerrimi ſint qui non confugerint ad hanc gratiam Dei,
nec uſquam quietem vel ſolatium reperient. Hæc autem flagella
Dei erunt quaſi quædam præparationes ad domandos hominū ani
mos, ut maiore reverentia et obſequio Xtum excipiant. Illis autem
qui non fuerint iſtis malis admoniti atq; commonefacti aliquid magis hor
rendum et capitale reſtat, dies ſc. quo ad cœleſtis iudicii tribunal ſiſ
tendi ſunt. Dies ille magnus dicitur, quoniam in eo res magnæ accident,
puta excitatio mortuorum, iudicium de illis, aſſumptio piorum in cœlū,
relegatio impiorum in infernū.
32. וְהָיָה כֹּל] et erit, ut quicunq; invocaverit nomen Dñi] Inſignis locus,
qui pronunciat per invocationem nominis ſui nobis eſſe tutum ſa
lutis portum in rebus perditiſſimis. Hæc autem invocatio non eſt
nuda nominis Dei appellatio, ſed invocatio Dei bona fide et ex ani
mo. Invocatio Dei Synecdochicè notat omnē pietatem et cultū
Dei. Notanda hic eſt nota univerſalitatis, quiſquis, in qua videtur
Paulus inſiſtere Rom. 10. ut oſtenderet Deum non Iudæis ſolum,
ſed et gentibus ipſum quærentibus propitium eſſe. Salvus erit, יִמָּלֵט
liberabitur. Vel, 1. ex tantis calamitatibus, Eſa. 4, 2. ex periculis et
anguſtiis illius æui: vitam ſuam ſervabit. Quod egregia figura
denotat Ezechiel c. 9. Vel, 2. ubi in æterno et diſcrimine damna
tionis. Magna promiſſio. Quia in monte Sion et in Hieroſoly
ma erit liberatio, evaſio] i. erunt qui evadant. Quidam excidio
erunt ſuperſtites, et captivi ducentur, ut oſtendunt ſequentia, Joel
3. 1. cum verba cum his cohærent. Al. Hoc vult, qd. quamvis ex
tinctum videri poſſit nomen Abrahæ, et dejectus populus, ac per
varias mundi plagas diſperſus, ut nullum ſit corpus, nulla guber
natio, nullus Dei cultus; tamen Deus memor erit fœderis ſui, et
reliquias colliget, eritq; corpus adhuc aliquod eccleſiæ in monte
Sion et in Jeruſalem. Sicut dixit Dñus] per me, et reliquos Pro
phetas paſſim: qd. ut Dñus decrevit, et pollicetur. Hoc addit ad con
firmationem. Inſtruit rationem potius Dei haberi quam noſtri
ſtatus; nec æſtimare eccleſiæ ſalutem ex noſtro intuitu (tunc enim
ſtatim concidunt animi, et incurabiles videbuntur eccleſiæ morbi)
ſed ex verbo et promiſſione Dei.
Hæc deſiderantur, vid. in paginam ~~hoc ſign~~ notatam nu
mero 40. quinq; paginis ante initium harū annotationū.

Axiomata ~~physica~~ medica, sive canones generales ex Hippocrate, [illegible], necnon et ~~aliis~~ priorum medicorum scriptis excerpti.

1 Natura nihil agit temere. Ἡ κρίσις χαλεπὴ, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερή.

2 Natura non facit subitas mutationes, et omnis subita mutatio est periculosa.

3 Ἄσκησις ὑγιείης, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων.

4 Πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον.

5 Ἃ δεῖ ἄγειν, ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ, ταύτῃ ἄγειν, διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων. ~~τὸ δὲ πλεῖστον οὐκ ὀργᾷ.~~

6. Πέπονα φαρμακεύειν, καὶ κινέειν, μὴ ὠμά, μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ· τὸ δὲ πλεῖστον οὐκ ὀργᾷ.

7. Τὰ σώματα χρὴ, ὅκου ἄν τις βούληται καθαίρειν, εὔροα ποιέειν.

8 Ἀρχομένων τῶν νούσων, ἤν τι δοκέῃ, κινέειν· ἀκμαζουσῶν δὲ, ἡσυχίην ἔχειν βέλτιόν ἐστιν.

9 Τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι χρὴ, ἀλλ' ὡς ἂν χωρέῃ οἷα δεῖ, καὶ φέρει εὐφόρως· καὶ ὅκου δεῖ μέχρι λειποθυμίης ἄγειν, καὶ τοῦτο ποιέειν, ἢν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

10 Τὰ ὀξέα τῶν νουσημάτων κρίνεται ἐν τῇσι τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι.

Non immeritò autem tam honorificis nominibus designat illam intelligentiæ lucem quæ in Evangelio patefacta est, quia hæc multò præstantior est quam donum Prophetiæ multis datum sub lege viventibus. Etenim hoc donum Sp. S. in nobis habitantis nos regit, et corda purificat, et vitam æternam affert. Donum autem Prophetiæ erat et quibusdam malis, ut Balaamo.

29. Et super servos et ancillas] Sensus est, etiam iis qui vilissimi habentur, impertiam si non Prophetiam et somnium, certè motus quosdam extraordinarios et cœlestes significat, vel eam conditionis rationem fore sub N. T. Vid. Galat. 3,28 Coloss. 3,11.

30. Et dabo, vel edam prodigia — sanguinem] i.e. cædes. Livius l. 22. de prodigiis quæ ante pugnam ad Thrasymenum contigerunt, Romæ (inquit) in Aventino, et Aricia nunciatum erat sub idem tempus lapidibus pluisse et multo cruore, signa in Sabinis sudâsse; aquas e fonte calidas manasse. Initio belli Marsici simulachra Deorum sudavisse, et sanguinem fluxisse, narrat Cicero 1. de divinat. Talis igitur prodigiosus et portentosus sanguis significatur, qui miseræ cladis triste præsagium esse solet. Et ignem] Ignis hic notat terribiles faces in cœlo ardentes, mirabilia fulgura, et insolitas flammas, quæ horribiles luctuosasque clades portendunt. וְתִימֲרוֹת עָשָׁן] et columnas fumi vel nubis. Per ignem et columnas fumi significat ignem fulmineum: fumum enim excitant incensa fulmine corpora. Sed quorsum hæc? Videtur Propheta secum pugnare. Hactenus promissiones exhibuit et lætitiæ materiam: nunc iram Dei minatur, et formidinem incutit. Quid ergo hoc sibi vult? Judicia hic impiis denunciat, quibus tamen pii quoque paternè castigabuntur. Ostendit enim Propheta quid interim post hæc data dona Sp. usque ad gloriosum Christi adventum ~~futurum sit~~ ad iudicium futurum sit. Unde propterea præcedentibus promissionibus subjicitur, ne Judæi in N. T. delicatam sibi fingerent vitam, aut terrenum (ut Apost.) sibi regnum somniant.

Qu. de quo tempore hic locus intelligendus est? Respo. Inter-
pretes variant. 1. Agitur hic de adventu Nabuchodonosori,
qui Judæam sanguine inundavit; incensis autem urbibus,
Grot. vicis et villis, cuncta implevit igne et fumo, Esa. 32,13.
Thren. 2,5. et passim alibi. Sed hoc non convenit appositio-
ni præcedenti, quia manifeste prius de Messiæ tempore
interpretatur. 2. Pertinet hoc ad diem extremi Judæorum. 3.
respicit excidium Hierosolymæ, ante quam multa apparue-
runt signa; armatæ per aerem acies discurrebant, teste
Josepho; quibus portendebatur exitium urbis, gentisque Ju-
dæorum. 4. Judæi hæc referunt ad tempora Messiæ sui, quo
fundentur copiæ Gog et Magog.
31. Sol convertetur in tenebras] i.e. penitus obscurabitur: vel prop-
Grot. ter fumum illum undique insurgentem, vid. supra v. 30. vel eclipsi,
quæ calamitatum venientium prænuncia esse solet. Et luna in
sanguinem] i.e. Luna subrubra apparebit, et sanguinolenta:
vel 1. propter multum sanguinem ex solo in aerem attractum
quæ de causa et ipsa sanguine pluisse visus; vel, 2. ob eclipsin, ut
fieri solet. Ovid. l. Metamorph. 15. similiter loquitur, signa da-
bant luctus superi haud incerta futuri. Sæpe faces visæ; solis
quoque tristis imago: Cæruleus et vultum ferrugine Lucifer
atra sparsus erat; sparsi lunares sanguine currus. Locum
hunc intelligunt vel 1. litteraliter, quod sol et luna amit-
tent lumen suum; ut interdum fit: quo indicio demonstra-
bit Deus ingentem cladem adversariorum Messiæ. Vel, 2. Alle-
gorice. Per sanguinem igitur intellige necem Judæorum;
per ignem fumumque incendium urbis; per versionem solis
et lunæ insignem calamitatem, et confusum horribilemque
mundi et naturæ statum, quo sol et luna non amplius fun-
gantur officio suo, et Deus auferat omnia signa gratiæ suæ.
Antequam veniat dies Domini magnus et horribilis] Dies hic
est, vel 1. excidii Templi et urbis per Chaldæos. Vel, 2. eversionis
Hierosolymæ per Romanos statim a morte Christi. Vel, 3. dies
iudicii universalis, qui κατ' ἐξοχὴν vocatur in N. T. dies, et di-
es illa, 2. Tim. 1,12, 18. et 4,8. Matth. 7,22. Luc. 21,34. et
dies ultima Joh. 6,39. et dies Domini 1. Cor. 1,8. et 5,5. et dies
Christi, Phil. 1,6,10. ~~[illegible]~~ Prophetæ, quum de regno Christi loquuntur,
interdum principium duntaxat attingunt. Ut quum ante dixit
post illos dies effundam spiritum) initium tirum tantum;

nihil deest, aut superest, ipse dixit, Levit. 19, 1636.
מורה tam Doctorem, quam pluviam significat.
Vtut aliqui haec verba Allegorice accipiunt, et de Chris-
to interpretantur, qui homines eruditurus est ad iustiti-
am. Nec mirandum est, a promissionibus corporalibus ad
spirituales, et ab illis temporibus ad novissima, i.e. Christi
tempora, derepente et velut ex abrupto transitum fieri.
Sic enim passim vicem Prophetae a spiritu Dei agi-
tatorum bona hic promissa sunt corporalia, nec solum in-
tempus exstat Allegoriae vestigium. Nec ei favet series
contionis. Imbrem matutinum et serotinum] i.e. semen-
tis et messis tempore commodas dabit tempestates. Vid.
Deut. 11, 14. Prov. 16, 15. בָּרִאשׁוֹן] in primo, sub. mense,
i.e. mense Martio.
24 Et implebuntur areae] ostendit effectum pluviae q.d.
Rerum omnium erit ubertas. Et redundabunt torcula-
ria וְהֵשִׁיקוּ. το הֵשִׁיק dederunt ~~[illegible]~~ f. r. a nomine
שׁוֹק i.e. platea, q.d. plateare. Dicitur autem istud
per Hyperbolen.
25. Reddam vobis annos] i.e. fructus annorum, compen-
sabo bonis annis illos malos annos.
26. comedetis vescentes אָכוֹל וְשָׂבוֹעַ] ad verb. comede-
tis comedendo et saturando: i.e. affatim comedetis,
quantum lubet, ~~qui saturat~~ qui fecit mirabilia]
Heb. mirificando, vel ad mirificandum. i.e. qui miris be-
neficiis etiam usque ad miraculum vos afficit. Cui uno an-
no restituit fructus quadriennii. In sempiternum] vel
Grot. i. per longum tempus, quamdiu vivat Ezechias. olim
Hebraeis saepe vivus hominis vitae [illegible] Nempe
si ne oraverint in fletu et ieiunio, quoties premit
eos huiusmodi rerum omnium penuria.
27. Et scietis vel experiemini, q.d. in medio Israelis ago
et statim auxilii; Mat. 18, 20. sicut Psal. 46, 5. Non
dubitabunt tunc versari in Israele Dominum. Deus ves-
ter] cum emphasi, q.d. vindex et protector.
28. כִּי אַחֲרֵי יִהְיֶה] et erit postea, vel postea. Vltimis
temporibus, vel tempore Messiae Tractat eos Pro=

ll ll ꝏ ꝏ ꝏ

phetae tanquam pueros. Primo proponit beneficia ex
terna, tanquam signa et testimonia gratiae Dei. Sed
quia verae ecclesiae instauratio in externis istis rebus
non consistit, altius animos erigit, ut exspectent spiritua
lem Dei gratiam. Effundam] i.e. effusissime dabo: non stilla
bo, ut antea, sed plena copia effundam. Discrimen hic statu-
it inter populum veteris et novae ecclesiae. Ante in angu
lo Judaeae verbum consistebat, nunc omnibus gentibus exhi
betur, idque praeter novum lumen cordium, eximio mirac-
lorum splendore. Spiritum meum] i.e. spiritus s. dona,
gratiasque spirituales, inter quas est donum prophetandi,
confer Esa. 11, 2. Super omnem carnem] h.e. super om
nes mortales, super quosvis homines, cuiuscunque sexus,
aetatis, conditionis, sine ~~ea~~ nationis discrimine. Si e-
nim de Israelitis tantum loquatur, exiguum est qd pro
mittitur: et iam ab eo tempore omnes Israelitae Hiero
solymam adorandi causa confluebant. Indubie aliquid
hic maius promittit Deus quam prius experti ~~fuerant~~
erant fideles sub lege. Tollitur igitur discrimen genti-
um, personarum, sexuum. Per omnem carnem intelligit
omnes homines, scripturae phrasi peculiari; ut Gen. 6, 12.
Esa. 40, 5. Matth. 24, 22. Super omnem, non absolute,
sed comparate ad V. T. quia longe plures in nova eccle
sia erant Prophetae. Non autem hic loquitur de publice
docendi munere, sed illuminatione et cognitione, et
sapientia coelesti, qua vel contemptissimi in nova ec
clesia pares essent veteribus Prophetis. Idem igitur hic
promittitur, qd Jerem. 31, 33. Joh. 6, 45. et qd impletum erat
die Pentecostes, Act. 2. Prophetabunt filij vestri et filiae
vestrae (etiam feminis id donum dabitur. Vid. Act. 1, 14. et
21, 9. et 1. Cor. 11, 5.) Senes vestri somnia somniabunt (a Deo
immissa, ut olim Josepho) et iuvenes vestri visiones videbunt.
Quia in V. T. notissimi erant tres revelationis Divinae modi,
Prophetia, somnium, visio, Num. 12, 6. Job 33, 15. Ose. 9, 7.
Propheta etiam hic pro more V. T. loquitur: sicut alias
Templi, sacrificiorum et regni Davidis mentione Prophetae
Ecclesiam, cultum Dei, et regna Xti spiritualia depingunt.

18. Tunc Zelabitur Dominus pro terra sua] Tenebi
tur Zelo et amore pro ea, non inultam patietur inju
riam populo suo factam: namque sibi hæc facturus, si conver
si ad Deum illum precati sitis ~~[illegible]~~
ויחמל על עמו] et parcet populo suo] parcet Hieroso
lymitanis, et iis qui Hierosolyma refugiunt, ut per eos rur
Grot. sum terra colatur.
19. Et respondebit] clamantibus ad ipsum, per me Prophe
tam suum, vel per Esaiam, 2. Reg. 19, 21. et Esai 37, 21. Vel
exaudiet sacerdotes pro populo obsecrantes. Respondere
pro exaudire dictum est
20 Et ואת־הצפוני] Nam vel autem Aquilonarem sub.
exercitum, hostem, vel populum. Intelligo vel 1.
Assyrios, sive Babylonios, qui Aquilonares erant res
pectu Judææ. Chaldæi Aquilonares Hebræis dicuntur.
Assyria Chaldæa remotior, sed in eadem cœli regione.
Aquilonem hic interposuit, ut non veram locustam,
quæ ab Austro venire consuevit, sed Assyrios intelliga
mus. Vel, 2. locustas, ab aquilone advectas. Et eppel
lam eum in terram siticulosam et desertam; nem
pe meridianam, quia desertum illud ad meridiem
Judææ situm terra siticulosa et deserta dicitur, Deut 8,
15. Faciem ejus, vel prima frons (primæ illius ag
minis) erit sub. erit vel pertinget ad mare orienta
le, (i.e. mare salsum, vel mortuum, ad orientem ur
bis situm,) et finem vel tergum agminis ejus ad ma
re novissimum, vel occidentale, quod mare magnum dici
tur, Num. 34, 6. et mare Mediterraneum, quod est ad oc
cidentem terræ sanctæ. Iacobus (?) dicit tergum voci
Syriaco, quod האחרון dicitur Hebræis, Deut. 11, 24.
Dicit tam magnum fuisse exercitum, sive locustarum,
sive Assyriorum, ut totam terram ab altero mari ad al
terum occupet, et tamen illum se perditurum.

u u u u u u

וְתַעַל צַחֲנָתוֹ] et ascendet graveolentia eius. i. e. exhalabit in transeuntium nares, ex prostratis et mortuis ortu cadaveribus: ut solet ex putrefactione cadaverum. Exempla tetri huius odoris orti ex locustis, quas ventorum flatu in mare deiectas fluctus sive refluxus maris in littus reiecerant, et gravissimæ pestilentiæ inde ortæ, habent Hieronym. August. de civ. Dei. Oros. Sigebertus.
כִּי הִגְדִּיל לַעֲשׂוֹת] quia magnificavit se ad faciendum, sub. mala populo meo. Quia magna fecit sub. locusta, quamvis magna gesserit locustarum agmen, exterminabitur tamen et internecioni dabitur, foetore solo pone relicto. Al. ob id quod in agendo magnificum se gesserit. h. e. quia extulit se superbia, velut in coelum usque assurgeret, et plus sibi arripuit quam par est, totam hanc eius potentiam Deus vertet in probrum.
21. 21. Noli timere, terra] quæ prius tremuisti. Ut supra omnia cum hominibus lugebant, sic nunc omnia ad gaudendum excitat. Prosopopœia est. Vel, i. e. incolæ terræ, i. popule Judaice, ut supra. Al. Loquitur quasi rebus illis post cladem Sennacheribi interesset, ut supra Propheta. Quia magnificavit Dns] Deus res magnas agendas suscepit: vel, magnifice facturus est, ut vestra damna resarciret.
22. Nolite timere (sc. famem) animalia] Cervis capreæ, et feræ similes. כִּי דָשְׁאוּ] quia germinaverunt: vel, nam herbascunt pascua, consumpta supra, c. 1. v. 20. Ficus et vinea dederunt, נָתְנוּ חֵילָם] vim suam, vel fructus suos: aut in fut. edent, vel dabunt
23. Et filij Zionis — exultate in Domino] qui hactenus luxistis. Dedit אֶת הַמּוֹרֶה לִצְדָקָה] pluviam tempestivam, iusta, iusto tempore, vel ad iustitiam, i. e. iusta mensura, quæ frugibus maturandis satis sit, ut nihil vel desit, vel redundet. Sic mensura, quibus in ... factione

15. Clangite] ad convocandum populum; vid. Num. 10,7
ut omnes se ad pœnitentiam præparent, et in Templum
conveniant. Solennem hic exigit et publicam professionẽ
pœnitentiæ, quia totus populus reus erat. Sanctificate et
ct.] quod hic monet Propheta, id fecit est Ezechias eo
tempore de quo hic agitur. 2. Reg. 19,1.
16. Sanctificate ecclesiam, vel cœtum] iubet eos conveni
re tanquam ad rem sanctam, non tanquam ad profanũ spe
ctaculum: q.d. Populum publico Edicto monete, ut verbo
et orationi propius vacent. Congregate senes] tum il
lum summum Senatum, tum illos qui urbibus singulis præ
sunt. Et quia gravior erat senum culpa, quorum erat alios
regere, et compescere iuvenum libidines; hos ergo decebat
alijs esse duces in professione pœnitentiæ. Parvulos et sugentes
ubera. Mos id erat illarum gentium, Judith 4,9.10. nec
id mirum, cum et pecudes tali tempore a pabulis absti
nerentur, Jon. 3.7. Sed hoc ludicrum videtur et absurd.
Infantes innoxij sunt, et iudicio carent, nec quid agatur, in
telligunt. Quorsum ergo hi advocantur? Resp. 1. ut rude vul
gus, ut honestior sit cœtus. Monentur rudiores etiam ad æ
tatem innocentem pertinere pericula. 2. ut eorũ affecti
one Deus moveatur. 3. ut patres et maiores natu in il
lis perspicerent quid essent meriti, et magis exhorrerent sce
lera sua, propter quæ non sibi solum, sed liberis suis im
minebat interitus. Egrediatur sponsus] q.d. intermissis
etiam licitis et honestis gaudijs, ceteris flentibus, fleant
et ipsi. Secubatio coniugum ab antiquo comes ieiunij,
Exod. 19,15. 1. Corin. 7,5.
17. Inter vestibulum sive Porticum (nempe Solomonis) et
altare: i.e. in loco ubi sacerdotes rem divinam facie
bant, et ministerium suum peragebant, parantes quæ ad
sacra erant necessaria. Vestibulum (sive Porticus) hoc
est de quo dicitur 1 Reg. 6,3. et Act. 3,11. et 5,12. ad in
troitum sancti sive Templi, Ezech. 8,16. Extra
hanc porticum, adeoq; extra templum et sub dio, sive

u u u u u

[illegible] ante hanc Porticum et ex adverso eius (et in atrio interiore) erat Al-
tare 2. Par. 8,12: qd non erat altare incensi sive
suffitus, qd situm erat in sancto sive templo, quo alijs
temporibus sacerdotes ingredi solebant ad offerendum
suffitum; sed altare Holocausti. Hic locus sacerdotum e-
rat, ubi sacrificaturi stare solebant. Hic Zacharia sa-
cerdos occisus erat, Math. 23,35. Hic stare iubentur, vel
1. quia in templo stare non licebat, vel 2. ~~ind~~ tan-
quam indigni qui propius accederent; confer Luc. 18,
13. vel 3. ut exaudirentur a populo in suo sive exteri-
ore atrio stante, cui non licuit propius accedere; vel
4. tanquam medij inter Deum sive arcam Dei, et
populum (qui foris orabat in atrio exteriore Luc. 1.
v. 10.) pro peccatis populi apud Deum intercedentes.
Plorabunt sacerdotes] Nota nomine populi conci-
pientes. Noluit tamen populum interea partes suas
negligere. Ne des haereditatem tuam] i.e. populum
tibi peculiarem; qui tibi curae est non secus ac patrimo-
nium haereditarium] in opprobrium; nempe ut ser-
viant gentibus alienis. Ut dominentur eis nationes]
illi qui sibi Deos faciunt. Hic aenigma aperit, qd
in superioribus latebat, qd per locustas gentes desig-
narentur. Ideo ridiculum est qd dicunt sermonem
hic contexi de locustis. Quid enim haec illis congru-
erent? Respondent qui partem contrariam tuentur,
de locustis haec dici posse, non quidem directe et immedia-
te, sed mediate et consequenter. Deprecantur enim
vastationem terrae per insecta et hostes factam, ne
fame coacti cogantur sese dedere gentibus, (quae ter-
ram invadent quum de fame audierint) aut ad eas
transfugere annonae caussa. Quare dicant (q.d. ne
permittas ut nobis victis dicant) in populis, ubi est
Deus eorum? Ita ostendit periclitari Dei gloriam, ac
si Deum consulere velle.

12. Et nunc etiam] Ostendit adhuc aliquam esse spem eva-
dendi. Etiamsi graves calamitates propter peccata vestra
apperimini; tamen si vos nunc saltem resipueritis, spes
adhuc salutis superest. Tale et illud est qd habetur Luc.
c. 19, v. 42. Convertimini ad me in toto corde] serio ac bo-
na fide, non ficte. In vel cum ieiunio et etc.] externa
mandat pœnitentiæ signa, quæ etiam ad alios incitandos
faciunt. Ostendit Deus quam graviter peccaverint, ideo
qm se non mediocri aliqua pœnitentia contentum fore.
13. Et scindite vel lacerate corda vestra] Dolete de pecca-
tis. Tollite et abscindite pravas vestras cogitationes. Est
enim Metonymia; continens pro contento. Et non ve-
stimenta] ut solebant in dolore, tum privato, Gen. 37, 34
tum publico, Jos. 7, 6. 2. Sam. 3, 31. Negativa particula
pro comparativa, ut sæpe; Prov. 8, 10. et 17, 12. q.d. Poti-
us cor quam vestes. Non vestes, sub. tantum. Ellipsis fre-
quentissima. כִּי חַנּוּן וְרַחוּם] quia beneficus vel clemens,
vel propitius est, i.e. gratiam faciens delicti facile et li-
benter, gratuito nos redimens a servitute Diaboli, sua
dona quotidie largiens. Et misericors ipse] qui calamita-
tibus hominum afficitur et condolet, nec nisi coactus et invi-
to animo punit. Longanimis, i.e. tardus ad iram; non
ira impotens, et repente puniens; nec ex ira, sed ex pater-
no amore pœnas infligens. Amplus benignitate: prolixus
in conferendis beneficiis in omnes qui ipsum invocant,
imo in immeritos et ingratos. haec est חסד: et quam
pœnitet mali: hoc sententiam suam revocat, ne irro-
get pœnam, quam statuerat et comminatus erat, si mo-
do homines pœniteat scelerum suorum, et vitam in meli-
us mutaverint. Egregiæ sunt hæ proprietates Dei, et
miræ suavitatis ac consolationis, maxime ex illis Exod.
34, 6, 7. Hac concione muniendi sunt animi nostri
adversus tentationem iræ Dei, et adversus desperatio-
nem, ad quam natura proni sumus, qd alioqui nos de[illegible] decoima
ginemur in periculis quam hic pingit Propheta.

Il u u u u

Hortatus erat Propheta populũ ad pœnitentiam: hic addit promiſſionem veniæ; ſine qua nunquam adducentur homines ad verum Dei timorem.

14 כִּי יוֹדֵעַ יָשׁוּב וְנִחַם] quis ſcit vel novit (Heb. ſi vel an) convertatur (nempe Jehova ad vos) et pœniteat eum ſc. mali denunciati. Verſu præc. obtulerat ſpem gratiæ, quam hic videtur reſcindere. Videtur ergo Propheta eſſe varius, et homines perplexos relinquere ac dubios atque ſuſpenſos. Verum non injicit eis ſcrupulum, ut peccator dubitet an veniam impetrare poſſit; ſed ſic loquitur ut occurrat vel tum negligentiam, tum torporem et ſocordiam, tum etiam ſecuritatem et vanas blanditias.

Solutio hæc, quis ſcit et cet. dubitantis eſſe videtur, et tamen bene ſperantis, ut illa 2. Sam. 12, 22. Sed poteſtne de eo dubitari, an Deus ſit pœnitentibus condonaturus? Minime. Sed duo ſunt divini judicij genera. 1. vindictæ: quo Deus admiſſam culpam æterna pœna ulciſcitur. De huius remiſſione nulla dubitatio eſt. 2. caſtigationis: cum, culpa remiſſa, correctio tamen quædam partim ad humiliandũ peccatorem, partim in commune aliorum exemplum, adhibetur. De hoc caſtigationis genere, ni fallor, hic dubitatur, an Deus eam avertere velit. Davidi, cum reſipuiſſet 2. Sam. 24, 10. veniamque peccati ſupplex petiiſſet, triplicis tamen caſtigationis optio propoſita fuit. Quamvis Deus vere pœnitentibus ſemper peccata remittat; hoc tamen facit cum exceptione crucis et paternæ caſtigationis, ut deinceps cautius agant. Et relinquat poſt ſe benedictionem] nempe fructus terræ et arborum, vel rerum ubertatem, unde fieri poſſit ſacrificium et oblatio, ut mox ſequitur. Hoc addit, ut ſpem foveat: q.d. licet vos indigniſſimi ſitis, habebit tamen Deus gloriæ et cultus ſui rationem.

Et super gladium ipsum decident, vel per missilia ru-
ent, et non vulnerabuntur. Ita quippe armis muniti erūt,
ait Grot. qui totum contextū de Assyriorū copijs intelligit.
Qui vero de locustarū agmine interpretantur, ita sensum
reddunt: Non est hic exercitus ut reliqui hostes, quos gladio
arcebis. Non timent enses, nec facile sauciantur. Sua subti-
litate et tenuitate quosvis ictus eludunt. Τὸ בְּעַד maximā
propinquitatem notat, et valet על supra, vel super.
שֶׁלַח tam latè patet quam Latinis telum, vel quodcunq;
missile. In specie autem significat gladium oblongum, vel
simpliciter gladium, ut 2 Par. 23, 10. cumq; strictum et
e vagina emissum, Neh. 4, 17.
9. בָּעִיר יָשֹׁקּוּ] per urbem vel in urbe currunt, discurrent.
Victorum more. Non solum eam occupabunt, sed omnes
eius angulos perreptabunt. Septuaginta verterunt, τῆς
πόλεως ἐπιλήψονται, urbem invadent. Ἐπιλαμβάνομαι hosti-
le verbum. Per murum vel muros discurrent: ut eos si-
machinis verberent. Supra dixerat, quod muros conscen-
dunt; nunc quod urbe potiti in muris urbis victorū more
currant, et uno propugnaculo ad aliud occupandū pergen-
tes. Et hoc sub locustarum Metaphora ad hostes pertinet:
nisi quod sunt quaedam magis locustarū propria, ut ישקו i.
cursitant enim et saltitant continuo locustae. Alia bel-
latoribus magis conveniunt: ut unum legere, alterum vel
potius utrumq; cogites. Domos conscendent. Ut illae Exod.
10, 6. Testudine facta domos conscendent, sc. in extremo
Grot. urbium positas. Per fenestras intrabunt quasi fur] i.e.
Idem. ex insidijs. omni modo oppida capient. furum mos est ali-
unde quam per ostium introire. De locustis sic Hieronym.
Nihil locustis invium est, cum et agros, et sata, et arbores,
et urbes, et domos, et cubiculorū secreta penetrent. Cyril.
In ipsas aedes et urbes ingressum et atrociter turbantem,
locustarū sustinebunt exercitum.
10. A facie eius, vel ante illum: sub. populum locustarū.
contremiscet vel commovebitur terra] sub pondere ar-
morū, inquit Grot. Adeo gravibus armis onusta impedi-
menta secum trahent hostiles copiae.

Sol et Luna obscurabuntur, et Stellæ retrahent
splendorem suum] Hic sensus est: fumus exercitus et
pulveris et pulvis a tanto exercitu excitatus omnium
Syderum conspectum adiment. Versum hunc variè in
Grot. telligunt. Hyperbole est. Adversa patientibus præ terro
ris magnitudine coelum ruere, et terra fluctuare videtur.
Tristem et tragicam belli faciem Hyperbolicè describit.
Tragicis figuris maximam calamitatem describit, ut
mos est prophetarum. Al. Sunt qui terræ motus, tonitru
a et fulgura hic intelligunt, quibus Deus appropinquan
tibus Assyrijs vel Chaldæis Judæorum animos perculit.
Posterior pars versus de locustis accipitur. Locustæ sua den
sitate et multitudine radios solis solent repellere a ter
ra, et quasi nubes obumbrare, ait Remigius. Similiter
Hieron. et Plin. et Hist. Saracenica, p. 98. Moveri [illegible]
tem terra dicitur, cum homines, terræ incolæ gravi
metu aut calamitate concutiuntur. Cujus locutionis
exempla passim in S.S. suppetunt.
11. Dominus edet vocem suam] intellige verbum, sive man
datum Dei, qui hic induciter velut imperator exercitus
milites suos exhortans, et signum dans committendi præ
lij. Verbo suo multas copias conscripsit. Edicta sua per e-
os (Assyrios, vel per eas sc: locustas) tanquam apparitores
suos, exsecutus est. כִּי רַב מְאֹד מַחֲנֵהוּ] quia vel certe
ampla aut ingentia sunt castra eius. Non solum proxi
mo dictæ sententiæ ratio est, sed omnium superiorum,
quibus vim et impetum locustarum descripsit: q.d. in
hac re describenda ita fui vehemens et copiosus, quia nu
merosissima est Dei turma. Quia fortis faciens verbum
eius, vel ut alij reddunt pluraliter, potentes sunt qui
mandatum eius exsequuntur. Significat hostes non proprio
motu venturos, sed tanquam Dei ministros ad puni
endum populum suum. Quis sustinebit eum] q.d. Nemo sus-
tinere poterit. Quotusquisque evadet.

5. Sicut sonitus vel strepitus quadrigarum [curruum] su
per capita, vel cacumina montium] Quadrigæ, propter citeras
et ~~alios apparatus~~ alios ipsarum apparatus magno stridore feru
tur, maxime super saxa, vel montium cacumina. Sensus,
venient magno cum sonitu, i. e. milites Assyrij. Qui vero
de locustis accipi volunt, eas contendunt cum magno stre
pitu volare, ut ex Plinio constat, l. 11, 29. Tanto volant
pennarum stridore (inquit ille) ut aliæ alites credantur.
Item Remigius Altissiodorensis ait, Magnum sonitum
faciunt quando mittuntur, in tantum ut a sexto millia
ri possit audiri sonitus eorum. Sive sonus hic fiat alis,
ut volunt Poetæ; sive crurum posteriorum attritu, ut vult
Arist. Hist. 4, 9. כְּעַם עָצוּם] velut populus fortis. In
Calvin. telligunt vel 1. de Assyrijs, quos formidabiles fore signi
ficat. Incedent semper armati paratique prælio. כ hic
Grot. est כְּאֲמוּנָה, Caph veritatis. Vel 2. de locustis: quarum
alacritatem in assequendo sui ducis sui imperio signifi
cat; et belli peritiam, qua incedunt ut milites suis ordi
nibus ab Imperatore instructi; et strepitum atque clango
rem, qualem militum in acie. Prius populum dixit per
figuram; hic ut populum, eumque validum, ratione
numeri et virium. Hieron. Quid locustis innumerabili
us et fortius, quibus humana industria resistere non potest?
Cyrill. Est inexpugnabilis, et hominibus prorsus insuperabi
lis bruchi et locustæ irruptio.
6. A facie eius יָחִילוּ: cruciabuntur, dolebunt instar partu
rientium: ut vox significat. Omnes vultus vel faci
es colligent, contrahent fuliginem, vel nigrorem, vel
luridum ollæ colorem. Nam פָּארוּר ollam significat.
Pallor metum ~~significat~~ indicat, nigror talem metum,
quo facies adducto sanguine livescit.
7. Ascendent murum] intrepide sc. et magna virtute.
Grot. Murum, i. e. muros multarum urbium, 2 Par. 32, 1. Esa.
36, 1. ואיש] et quisque in vijs suis procedent, in itinere
suo pergent. Confert locustas scientibus bellatoribus,
Marcr. quibus ordinis conservandi peritia est: quæ quidem res
ad hostium terrorem et victoriæ acquisitionem apprime
necessaria est, ut copiose declarat Xenophon.

ffff

Nec mirum hoc dici de locustis, quae dicuntur castrame-
tari, Nah. 3, v. 17. et confertim procedere omnes quasi in
formatâ acie, Prov. 30, 27. Et non [וְלֹא יְעַבְּטוּן אֹרְחוֹתָם]
τὸ [יְעַבְּטוּן] socium non habet in scriptura. Hinc variant.
Et non interrogabunt iste ab illo de semitis suis. Propi-
nè verum dixit, per vias suas gradientur. h. e. Non veni-
ant tanquam ignari per vias sibi incognitas, sollicitè
inquirentes sint ne infractus, aut viae perplexae, aut
insidiae; sed securè pergant, ac si iam iter illud esset per-
factum. ~~…~~ Et non deflectent a vijs suis. Nemo eos a-
vertere poterit. Neque pervertent itinera sua, vel se-
mitas suas, i. e. non deflectent a via, tenebunt rectum
iter. Al. nec morantur, sive tardi erunt in vijs suis,
vel semitis suis. i. e. celeriter current.

8. Unusquisque et cet. [וְאִישׁ אָחִיו לֹא יִדְחָקוּן] Et vir fra-
trem suum, vel unus alterum non urgebunt, impel-
lent, ne possit expeditè procedere. Alter alterum non
impediet in itinere: ita bene instructis ordinibus in-
cedent. Quae in acie ordinanda ratio observari solet, ut
neque sibi impedimento sit turba, neque interim facile
ingressus hosti pateat. Solustra cum experitu confe-
runtur ratione ordinis quem in volatu et in incessu ser-
vant; de quo sic Hieronym. idq; ex αὐτοψία. Tanto ordi-
ne, ex iubentis Dei dispositione volitant (locustae) ut in-
star Tessellarum quae in pavimentis artificis manu
finguntur, suum locum teneant, et ne puncto quidem
aut ungue transverso declinent ad alterum. Hoc, inquit,
nuper vidimus. Et Theodoretus, τῶν πολεμίων δίκην, in-
star hostium consistendum, et per vias incedunt, nec ulla
ubi se dividi patientes, sed tanquam mutua quadam
conspiratione impetum facientes. Sigebertus, de locustarum
multitudine quae Galliam vastavit anno 874. Quod mi-
rum est dictu, tanto ordine volitavit, praemissis ducibus qui
pridie castra metarentur, ut militaris disciplina in ijs ani-
madverteretur. [גֶּבֶר בִּמְסִלָּתוֹ יֵלֵכוּן] singuli in cal-
le suo (i. e.) in ordine suo, vel via sua) ibunt, incedent.

tem ubiq; invalescentem; unde tam sibi quam sene combusserunt. Tanto pere enim siccitas ingravescebit, ut non solum herbæ et pascua aruerint, sed etiam fontes et rivi defecerint, ut fieri solet in magnis æstibus, et siccitatibus continuatis.

C. 2.

1. Canite vel clangite tuba] alludit ad solennem legis ritum, quo clangore tubæ convocarunt populum, sive ad cultum Dei, sive adversus hostes, Numer. 10, 2, 3 et 29, 1. Periculum subitum et ingens significat. Jubet omnes convocari, ut se reos agnoscant, et pœnam deprecentur. Grotius vult hic prædici adventum Sennacheribi, et obsidium Hierosolymitanum per eum factum. Quia venit dies Domini] sed non ille magnus, de quo Joel 3, 14. Dies animadversionis, ut Mic. 7. 4.

2. Dies tenebrarum] h. e. temporis summarum calamitatum. Ut lux res secundas, ita tenebræ adversas in S. S. denotant. Dies nubis et turbinis וַעֲרָפֶל] hæc vox densionis tenebras significat, ut Job. 22, 13. כְּשַׁחַר פָּרֻשׂ] sicut aurora expansa vel diffusa] Aptissimum verbum. Auroram expandi vel spargi etiam Poetæ dicunt. Homerus Il. θ. initio, Ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν. Virgil. ita expressit, Æneid. l. 4. Et iam prima novo spargebat lumine terras Tithonis croceum linquens aurora cubile. Super montes] Hoc addit, quia lux in montibus primum apparet. Significat fore ut hoc malum diffundatur instar auroræ h. e. 1. cito sive repente, ut Esa. 58, 8. 2, longe lateq; ut aurora momento omnes orbis partes pervadit et illustrat. 3. ita ut retineri nequeat: ut auroræ adventum nemo sistere potest. Populus multus et fortis] intellige Assyrios sive Babylonios. Alii, multitudinem insectorum. Populus hic, ut antea c. 1, 6. gens.

3. Ante illum (sc: locustarum populum) devorat vel consumit ignis (i. e. æstus solis: vel ignis, i. e. ut ignis:

nam locustae humorem nativum herbarum plantarumque
penitus exugunt, unde velut igne adustae inarescunt.
Et post eum exardescet flamma] sensus, quacunque ibit
hic populus, nempe exercitus Assyrius, omnia lucebunt
incendijs. Esa. 9,18 et 10,17. Al. Locustae terram vas
tant quasi incendium sit. Summa siccitas et praeces
sit locustarum adventum, et sequuta est. Quasi hortus
voluptatis, vel Edenis, i.e. locus amoenus et cultus, con
fer Esa. 51,3. Ezech. 36,35. Admonet Judaeos, ne confi
dant in benedictione Dei, qua terram amoenam et
fecundam incolebant. Adeoque evasio non erit ei: in
tellige vel de populo locustarum: nihil in terrae pro
ventu residuum erit; omnia enim absumet. Vel ei, i.e.
ab eo, sc. Assyrio. omnia tenebuntur eius copijs.
4. Quasi aspectus equorum] i.e. terribilis et ferox ut equo
rum in bello, Job 39,20. Locustae conferuntur equis, vel
1. generositate et animositate; vel potius (ut hemisti
chium secundum ostendit) agilitate, et cursus aut vola
tus celeritate, qua sunt equis prope pares. Vel 2. figu
ra capitis aut faciei, quae equinae similis est, ut diser
te dicunt Albertus, Aldrovandus, et Arabes. Grotius
qui de militibus hunc locum interpretatur, ita sen
sum explicat. Vult pedites cum equitibus comparari,
utpote e quibus maximam partem Assyriorum copiae
constituerunt, tum propter fortitudinem in bello, tum
propter pedum celeritatem. Graeci enim et Latini
saepe virum fortem equo generoso conferunt, qui pri
mus inire viam, et fluvios tentare minaces Audet, et
ignoto sese committere ponto, Nec vanos horret stre
pitus. Quasi equites] sub. parati ad praelium. i.e.
maximo impetu ferentur. Hic locus convincit haec
proprie ad locustas pertinere. Quis enim dixerit Assyrios
ut equites fuisse, cum revera equites fuerint, ipsi mag
no numero? ut ostendunt Ezech. 23,6.12,23. Nah. 3,3
Hab. 1,8. Ita Mercerus et alij.

Erot. magna erant, Joel. 2, 25. Dies, i. e. excidium templi,
quod futurum post deportationem decem tribuum diceb
vant sacerdotes ab Esaia. Dies, i. e. iudicium quo impios
visitabit. Dies pro iudicio hic sumitur, ut apud Paulum
1. Cor. 4, 3. Est loquendi genus forense. Et vel qui veni
et quasi vastitas ab omnipotente illata] h. e. erit
vastitas repentina, et validissima, cui obsisti non po
test. A domino] nō fortuito quis credat accidere. Ele
gans hic Paronomasia, כְּשֹׁד מִשַּׁדַּי: ut siquis Graecè di
ceret, ὡς ἀπώλεια ἀπ' Ἀπόλλωνος: vastitas a Deo vasta
tore. Alludit ad Etymon τοῦ שַׁדַּי, quod derivatur, ut Da
gesch indicat, a שָׁדַד vastavit.
16. Nonne de domo Dei nostri (repete a priori membro ver
bum exscinditur) gaudium et exsultatio: h. e. frumen
tum et vinum. Gaudium intelligitur, quo illi afficieba
tur in Templo Dei, ubi hilariter gratias agere solebant:
ubi et Deus delectabatur oblationibus et libationibus, et
offerentes sacrificia et primitias, messis tempore, corā
Deo laetabantur, et gratias agebant, et hilares eis vesce
bantur, iuxta Deut. 12, 6, 7. et 16, 10, 11. Cessat autem hoc
gaudium cum desunt oblationes.
17. עָבְשׁוּ פְרֻדוֹת תַּחַת מֶגְרְפֹתֵיהֶם] computruerunt grana,
vel semina, vel sata, sub glebis suis; ubi debebant
germinare; nimirum ob causam quae sequitur. Grana
autem sub glebis suis putrescebant, vel 1. ob nimios im
bres: de quo vid. Plin. nat. Hist. l. 18, 24. Sed hoc non co
haeret cum seq. v. 19, 20. ubi describitur summa siccitas
Vel potius 2. ex summa siccitate: qua tamen semina
proprie non tam putrescere quam vanescere dicun
tur, sive exinaniri, iuxta Plinium, ubi supra. Sed
sive imbre grana putrescant, sive siccitate vanescant,
τὸ עָבַשׁ potuit utrumq; complecti: ut in Hesiodi clypeo
cadaverum ossa, sub arido Syrio in nigra putrescunt ter
ra: quasi etiam siccitas sit causa putredinis. Atque illa
ipsa siccitas unus Propheta meminit, causa fuit cur lo
custae uberius provenirent. Demolita sunt horrea, cel
la, vel Apotheca; in quibus in usum anni sequentis

J J F J

fruges reponuntur. q.d. horrea ruinosa sunt, et negli-
guntur, de ijs instaurandis nemo cogitat; quia sc. sciun-
tur nihil erat frumenti quod in ipsis conderetur.

18. Quam vel quantopere ingemiscit iumentum? Nam
pre ipso defectu pabuli. summa describitur penuria, quam
et ipsa animalia sentiunt. Mugierunt, נָבֹכוּ] perplexa
sunt. Eò rediguntur, ut quò se vertant, nesciant. Greges
ovium: quæ tamen pabula inveniunt, ubi iumenta pe-
netrare non possunt.

19 Ad te clamabo] sunt verba vel 1. Prophetæ. q.d.
Quum sacerdotes surdi sint, et nec pudore, nec metu
tangantur, ego illis relictis, ad te recta concedam. Vel,
2. quæ Propheta hic præscribit resipiscentibus. Quia ig-
nis comedit speciosa vel habitacula, vel caulas (et
vox passim sumitur) נְאוֹת] pro נְוֹת commutatione lite-
rarum Ehevi) deserti] in quibus pastores cum armen-
tis et gregibus stationes habebant, procul ab urbe se-
dem deligentes. Alias, loca herbifera: in quibus fieri
solent habitacula pastorum. Mithbar non tantum
desertum significat, sed et loca pascua, sive campe-
stria, sive arboribus tamen. Ita Hebræi et Chaldæi
vocem usurpant. Habitacula ergo hic eadem quæ maga-
ria. Et flamma succendit arbores] de quorum fructi-
bus aut corticibus animalia vivebant. Ignis et flam-
ma hic sunt vel 1. Zelus dei vehementissimus; vid.
Ezech. 36, 5. Heb. 10, 27. vel, 2. bellum, quod aptè incendio
comparatur; q.d. hostes per ignem et gladium omnia
vastarunt. Vel, 3. ventus urens, vel, 4. immodicus æs-
tus, vel 5. locustæ, quæ contacta adurunt; quæ ignis
instar omnia vastant, quibus resisti non potest. omnia
pascua a vermibus corrosa sunt, ac si ignis exussisset
ea.

20. Bestiæ agri תַעֲרוֹג] clamant ad te, vel glocitant, ut
cervus sitiens, Psal. 42, 2. Vox est cervorum propria, et
per catachresin de feris alijs dicitur. Dolorem suum cum
cura testantur, propter æstum immodicum et siccita-

tes voluti superbiunt: sed hic deformatae vites, sine fructu aegrè se aspici patiuntur. Metaphora ab hominibus spe sua frustratis. Confirmatur haec verbi acceptio ex Esa. 33,9. erubuit Libanus, ubi הֶחְפִּיר usurpatur, quod propriè pudefieri, nunquam arescere significat. Sed prior interpretatio minus concta est, et loco optimè quadrat.

Elanguit oleum, Hebr. אֻמְלַל. Verbum a languore et debilitate animi translatum, et est cum quid vires amisit, nec amplius usum sui praebet. Ex his fiebant primitiae, decimae, sexta et libamina: cum itaq; haec tria desint (triticum, mustum oleum) non erat unde fierent solitae oblationes.

11. Erubescite agricolae (ob defectum messis) ululate vinitores. Scopus Prophetae est ad poenitentiam excitare. Primus autem poenitentiae gradus est lugere, i.e. non esse securum, Dei iram et peccatum agnoscere, considerare et timere poenas futuras. τὸ ululate vinitores, referendum est ad id quod post sequitur, vinea confusa est: quae in medio sunt ad Agricolae luctum pertinent. Ordo esset, erubescite Agricolae propter triticum, et caet. ululate vinitores, quia vitis aruit. Sed haec transponuntur per figuram χιαςμὸν dictam.

12. Vinea confusa est (sic ad verbum) sed potius exponendum, vitis exaruit. Malogranatum, et vel etiam palma, aut aliàs dactyli, et arbor pomifera aruerant. q.d. Perierunt non tantum ij fructus qui necessitati, sed et illi qui voluptati inserviunt. Et omnia ligna (vel omnes arbores) agri aruerunt. At hoc, inquit Abarb. non competit locustis, quippe quae fructus quidem absumunt, sed arbores non laedunt. Contrà sunt Plinius, qui scribit locustam multa contactu adurere; et Sydias in opificio Mundi, Arbores tabefacit, et herbam marcidam reddit; et Damir, qui ait, Saliva eius plantis et arboribus venenum est praesentissimum: ita ut in quamcunq; incidat, eā perdat.

כי הוביש] quia exaruit, i.e. prorsus perijt gaudium
ab hominibus. Elegans Metaphora, quâ summa an
nonae caritas significatur, unde cessat hominum lae
titia; ut in rerum copia et annonae vilitate gaudent
omnes.

13. Accingite vos] i.e. cilicio, vel habitu lugubri. Sa
cerdotes] qui exemplo suo ~~alios~~ alijs praeire debent:
tum quia hoc fine electi sunt, ut alijs praeluceant;
tum quia alioquin in illis gravior est reatus, et ex ijs
gravius offendiculum nascitur. באו] ite, venite, i.e.
agite. Hortantis est; ut Psalm. 95,1. Cubate, vel per
noctate] non ad tempus accingimini sacco, sed etiam
noctem traducite in luctu. In tantis malis confugien
dum ad preces et luctum publicum.

14. Sanctificate] ~~vel~~ q.d. curate ut plebs ad ieiunium prae
paretur. Sacerdotes alloquitur: quibus non satis est
ut ipsi lugeant, sed alios ad idem faciendum invitare,
populumque praeparare debent. Ieiunium] ut spiri
tus sit expeditior ad res divinas: nam crassus venter pin
gues sensus gignit. Congregate senes] vel, 1. aetate:
quorum semper reatus gravior est: vel, 2. officio et
dignitate, i.e. Magistratus: quorum culpa populus
plerumque dissolute vivit, Os. 5.10. et 7,5. Omnes]
quia omnes rei erant. omne promiscuum vulgus.
Tres erant ordines in Republ. Judaica, sacerdotes, senes,
plebs. In domum dei vestri] emphasis est in pro
nomine vestri: q.d. qui adhuc vos tuebitur, si conver
tamini, quique olim promisit, se in ea exauditurum
preces, 1. Reg. 8,30.

15. אֲהָהּ לַיּוֹם] Ahah diem istum, vel o diem, sub. in
felicem; o calamitatem diei illius. אֲהָהּ vox af
ficta naturaliter, qua Judaei exprimunt animi dolorem
ex praesenti miseria: de qua hinc queruntur ad De
um, hinc ad v. 14. Prope est dies Domini] sic vocat
diem graviorum malorum a Jehova immittendorum
quam quae ante experti erant, quae tamen

propriè hominum multitudo dicitur, et proinde per metaphoram
translatione, numerosum hic insectorum collectorum agmen
significat. Quomodo etiam exercitus dicitur c. 2. 11. et popu
lus, ibidem v. 2. sic עַם populus de formicis et cuniculis,
Prov. 30, 25, 26. Dentes eius ut dentes leonis] h. e. duri, validi,
acuti. De locustis sic Plinius loquitur, omnia morsu erodentes,
et fores quoque tectorum. Vid. Bochart. in ijs stupenda.
Et et cet. וּמְתַלְּעוֹת לָבִיא לוֹ] et ei sunt molares leonis.
Vox leonem masculum grandiorem significat: nam
ab ea formatur femin. לְבִיָּא leaena.
7 Et ficum meam decorticavit, לִקְצָפָה] vox alibi non oc
currit: descendit a קָצַף propriè spumavit, Metaphoricè
irascebatur. Verùm in hoc loco significatio vocis peten
da est ex usu linguae Arabicae. Arabicè enim קצף est fran
gere. Quod maximè ad rem facit: modò ad summos arbo
rum ramos referatur, quos locustae depascuntur. Sed cur
dicit vitem et ficum? Resp. 1. Quia bruchi et locustae
utrisque infesti sunt. De vitibus testatur Didymus Geoponi
corum l. 10. de ficubus, Plin. 17, 25. 2. Propter alios,
quos alloquitur, qui vitibus, unde vinum, et dulcibus ci
bis, quales ficus, delectantur. Sub his tamen etiam reliquo
rum vastationem comprehenditur. Nudans et cet. Heb. nu
dando nudavit: vitem sc. et ficum, folijs, surculis, et fru
tibus: exhausto qui superne erat vigore. Albi facti sunt
Detracto sc. cortice: postquam vermes corroserint vi
riditatem arboris et corticis) rami vel propagines eius.
Quod non solum fit quia cortex detrahitur, ut Gen. 30,
37. sed etiam quia ipse cortex arboris, cum putrescit,
exalbescit. Hinc Theophrastus de caus. 5. 12. Alimenti
defectu arbores exalbescunt et pereunt. Arbores autem
locustarum contactu perire et exarescere, dicitur infrà
v. 12. ut sit, constat ex Abyssinorum historijs, locustas non so
lum corticem sed truncos fruticum depasci, cum ad ali
us pabuli inopiam deventum est, teste Ludolfo in Comm.
Ut mirum non sit, certe dentes leonum dentibus confer
ri.
8. Plange Hebr. אֱלִי] ulula, ejula; nempe o filia
Sion, vel o Synagoga. אליי Chald. idem qd קבי

8888

v. 8. e. lamentari. quasi virgo vel nove nupta:
בְּתוּלָה proprie non virgo sed innocentula, qualis Rebecca
esse dicitur Gen. 24, 16. accincta sacco (habitu lugubri)
super vel propter virum, maritum pubertatis suae, vel
adolescentiae suae, vel cui in iuventute nupsit. Solent
n. tales mulieres maritos suos iuvenes et valde amatos, et
amissos maxime lugere. Apte ergo gravissimum luctum hoc deno
tat.
9. Periit, vel ad verbum excisum est sacrificium, oblatio,
vel munus, vel fertum, quod erat genus libi in sacris, ut
Festus ait. De מִנְחָה vid. Levit. 2. item 6. 14. Psalm. 141, 2.
Et libatio vel libamen de domo Domini, i. e. Templo, ubi
sacrificia fiebant. Hinc constat Templum extitisse, quan-
quam Abarb. contrarium colligit. Locutio Hyperbolica,
qua significatur magnam fuisse oblationum penuriam.
Nam mincha et libamen omnibus victimis adhibeban-
tur, ut videre est Num. 28. et 29. ex consequenti antece
dens intelligit, sublata omnia sacrificia, et abolitum esse Dei
cultum. Hinc coarguit populi stuporem, quod non sentirent
manifestissima haec signa irae Dei. Luxerunt vel lu-
gent sacerdotes] duabus hanc de causis. 1. ob cultum Do
mini intermissum. Ii hoc potissimum aegre ferunt, quod
non eis (non quo gulae satisfaciant) sed unde cultus dei
rite peragatur. 2. quod careant cibo suo: nam ex mune
ribus et sacrificiis vivebant, Num. 18, 8.
10. Vastatus est ager, in quo sc. erant vites. Reddit ergo
causam intermissionis sacrorum. Luxit vel luget humus,
i. e. horret, squalet. Elegans Metaphora, ut Jes. 24, 7.
significans terrae suis fructibus spoliatae vastationem
vel sterilitatem: ut, contra laetus ager dicitur qui fru-
gibus abundat, et laetae segetes apud Virg. in Georg.
pro uberibus ponuntur. הוֹבִישׁ תִּירוֹשׁ] dupliciter reddunt
hoc verbum, aut enim a rad. יָבֵשׁ aruit, aut a בּוֹשׁ e-
rubuit, deduci potest. Hinc interpretantur, vel aruit, vel
erubuit tanquam pudore suffusum, quod hominum expe
ctationi respondere non possit. In utramque copia ut

3 super hoc] sub. expedio, sive decreto. Per manus tradi
te haec vaticinia, ut cum eventis postea comparentur.

4 Residuum erucae] גזם occurrit hic, et 2,25. et A
mos 4,9. Locustae species est. Non placet: haec enim volu
cris est, illa reptilis. Graecis est κάμπη, Latinis eruca, quae
est dirum animal, erodens frondem et florem vitis atque oli
vae, ut ait Plin 17,24. Est vermiculus quidam hirsutus,
volum.) Comedit locusta] ארבה est locusta κατ᾽ ἐξοχὴν et propri
è sic dicta: alibi generale est, ut Exod. 10,4. comprehen
dens et bruchum et hasil, ut patet ex Psalm 78,46. sic
dicitur a copia sive multitudine. cum magna multitudi
ne se effundunt, sic catervatim volant, ut nubem putes.
Residuum locustae comedit bruchus] ילק insecti genus est
nummorsum, herbis et frugibus noxium: dicitur a לקק lam
bere, a lingendo vel corrodendo, qd lingendo necat.
Comedit rubigo (ita quidam reddunt) quae rorem noxiū
sequitur. Alij aut. חסיל vertunt vermem noxium, vel [illegible]
violam, in alijs Scripturae locis. Al. Est species locustae
a חסם consumpsit: forte asiracus, qui et asilus, quem
Plinij attelabum esse contendunt. Est autem quiddā
inter locustam et bruchum, medicis pennis, reptans po
tius quam volans, semperque subsiliens, et usque ad interi
tum cuncta consumens.

Duo hic quaerenda supersunt. Qu. 1. An de re futura hic
loquitur, an de praeterita. Resp. 1. De futura. Comedit, i.e.
comedet. Denunciat poenam in futurum tempus. 2. de prae
terita. Sed quum Prophetarum sit de futuris docere,
cur eandem praeteritam memorat. Resp. ob summam
caecitatem, stuporemque nostrum, quo fit ut mala quae
patimur non sentiamus, nec eis serio affligamur.
Qu. 2. An propriè haec intelligenda, an figuratè?
Resp. Allegoricè: ita ferè omnes, et veteres et recenti
ores. Quatuor hic agrorum et frugum pestes commemo
rat et comminatur, quibus extrema Judaeae calami
tas, per Chaldaeos 4 ultimis expeditionibus inferenda,
significatur. Hae 4 pestes sunt Tiglath Pilesser. Salma-

Sennach. et Nabuch. Alii Salmanass. Nabuchod. Antiochus
et Romani. Resp. 2. Proprie atque ad litteram. Ut patet,
1° ex sequentibus, ex prophetiae totius cohaerentia et scopo.
2 quod tales calamitates minatur Deus, Deut. 28. et depre-
catur Salomon, 1 Reg. 8, 37. et Deus iratus saepe immit-
tit. obiicit. Nihil de hac locustarum in Judaeam irruptio-
ne, aut de fame inde sequuta in historijs Regum, aut
Paralip. habetur. Resp. Plerique Prophetae afferunt, quorum
nullibi in Historijs quae hodie extant, fit mentio. Scripto-
res sacri hoc sibi non proposuerunt, ut referrent, quoties
fame Judaeam afflixerit Deus. In historia 4000 anno-
rum sex vel septem tantum occurrunt famis narrati-
ones, quae etiam obiter et propter aliud referuntur; ut
Gen. 12, 10. et 26, 1. Ruth 1. 1. fames autem illa, Ruth 1. erat
sub iudicibus, nec tamen in historia iudicum memoratur.
Quare non mirum est etiam hoc loco omitti.

5. Expergiscimini ebrij] accommodate; quia prolixior eo-
potatio somnum conciliat. Hoc vult, etsi sopore obruantur, co-
gentur tamen expergisci; et poena adeo manifesta erit, ut eam
omnes sentiant, etiam illi, qui mente et intelligentia fere
carent, quales sunt ebrij, qui tamen non potuerunt sibi amplius
ex blandiri. Vae bibitis etc. שותי יין על־עסיס] potores
vini, super vinum novum, vel propter succum expressum.
עסיס proprie est, omnis potus qui contusione vel calcati-
one exprimitur, (nam עסס est calcare, exprimere) non
modo ex vino, sed etiam ex pomis, pyris, malo granatis, et
sic differt a תירוש quod tantum vini mustum est.

6. Gens enim ascendit super terram meam; i.e. Judaeam,
Deo sacram, quam delegit ille. Gentem hic intelligunt,
vel 1. hostium exercitus. Alia haec est dei vindicta. De ste-
rilitate agrorum prius locutus est; hic bellum addit. Haec re-
fer ad vastitatem illatam terris per Phulam et Salmana-
sarem. Ante ea tempora in quibus vixerunt Tribus decem cum
duabus, ut apparet 2. Par. 28, 10–15. vel, 2. gentem locus-
tarum. At quomodo locustas diceret gentem? Resp. Gens

de Deo patefacta, quæ vocatur via Dei, Matt. 22, 16.
Act. 18, 26. Viæ doctrinæ et mandatorũ. Hæ rectæ sunt, i.e.
æquissimæ et iustissimæ. Utcunq; obstrepant vel convicien-
tur impij, et blasphemijs suis conentur verbũ Dei odiosum red-
dere et invisum, ut nihil mereatur fidei et reverentiæ: sicut
hodie videmus profanos homines non tantum repudiare Dei
verbum, sed exquirere aliquos colores, et colligere omnes quæ
in Scriptura habentur repugnantiarũ et absurditatũ spe-
cies, ut videantur iustè abrogare crudelis Dei omnẽ fidem.
Eadem et tunc rabies grassata videtur. Significat ergo, nihil
proferri a Deo qd non omni reprehensione et vitio careat.
Et iusti ambulabunt in eis vel per eas: Approbant vias et
opera Domini, et observant ea: per ea procedent inof-
fenso pede. Quæcunq; Deus facit boni consulunt, nec Deo
reluctantur, sed omnia approbant, ipsum castigationes.
Prævaricatores verò corruent vel impingent in eis, nem-
pe sua culpa, et propria malitia.

Notæ breves in prophetiam Joelis

Prolegomena. Qu. quo tempore vixit et prophetavit Jo-
el? Resp. 1° Tempore Esaiæ et Hoseæ, est enim ca-
non Hebræorum, qui Propheta tempus suum non an-
notat, est coætaneus præcedentis. Falsum autem illũ
esse constat ex Jona, qui ex antiquissimis erat, quip-
pe qui sub Jeroboamo vixit: vid. 2. Reg. 14, 25. 2° sub re-
ge Joram, filio Ahab, sub quo fames erat, 2. Reg. 8, 1.
quam hic prædixit Joel. contra, illa fames erat 7
annorum, hæc tantum quatuor, ut videtur ex Jo-
el. 1, 4. 3° Extremis Ezechiæ temporibus, aut sub
Manasse. Ita Seder Olam. 4° sub Josia, quando fa-
mes erat. Confer 2 Reg. 23, 26. cum Jer. 14, 1. 2.
Sed quis fuit Joel, aut ex qua tribu, aut quo tempore,
incertum est, nec scitu necessarium, alioqui Spiri-
tus S. dixisset. Docuit Jerosolymæ, vel saltem in

tribu Judae: meminit n. domus Dei, c. 1. 9, 14, 16. et Sionis, c. 2, v. 15. Argumentum huius Prophetiae idem qd Hoseae, Amosi et Esaiae summa haec est: 1. peccata exaggerat. 2. poenas minatur. 3. Hortatur ad poenitentiam et orationem, cuius formam praescribit: quae admonitio nec qd vulgo (ut fit) contemnerentur, ad reliquias sanctas se convertit. 4 subdit insignes consolationes. 5. de regno Christi agit.

Cap. 1.

v. 1. Verbum etc.] i.e. Prophetia, quam Dominus revelavit ei. Ad Joelem, filium פתואל. Huius hic fuit, ignoratur. Hoc addit, vel 1. ex more gentis, quae cognominis loco uti consuevit nomine patris: vel 2. distinctionis ergo, nam Joelas plures fuerunt: vel, 3. qd ille vir clarus esset in illo aevo.

2. Audite hoc (sc: quod nunc narraturus sum) senes] qui multa meministis, ideoq; aptissimi iudices estis. Recte senes; quia de praeterito quaerit. omnes habitatores terrae] vel, 1. Judaeae sigillatim, de qua sermo habetur: vel 2. totius terrae sanctae. Idq; vel 1. ut maius faciat, quod dicturus est; quasi nusquam et nunquam a quoquam visum auditumve sit tale quippiam: vel 2. quia generale Judicium descripturus est. Si factum est] nempe simile quid tot malis, quanta iam vobis praedicam. Aut in diebus patrum] i.e. avorum ut sumitur Gen. 32. 9. Jam vero Maiores, alii Latinis dicuntur, ut posteri, nepotes. Quomodo hoc qd dicit, nullam calamitatem huic parem fuisse, congruit cum historia Exod. c. 10, v. 14. Resp. differt haec calamitas ab illa, 1. tempore; duravit n. haec 4 annos continuos, illa vero diem: 2. copia variarum specierum, quae hic 4 erant, alibi 1. tantum vel 2.

Memoria eius ~~erit~~ (sub. erit, vel fragrabit) sicut vi
num Libani, sapore et odore iucundissimum. Vinum
illud praestantissimum fuit, ut probat K. testimonio
cuiusdam Asaphi medici, qui scripsit, vinum Libani, Her
monis, Carmeli, montium Israelis, et Hierosolymae, Caph
toris, odore, sapore, medicina reliquis omnibus antecel
lere. ~~et~~ Sic Plinius l. 14, 7. vinum Tripoliticum, Tyrium,
Berytium laudat: ~~Dum~~ quae loca Libano vicina erant.
Denique Athenaeus l. 1. Dipnosoph. c. 26, 26. de praestantia
vini Phoenicium narrat. Libanus vero in Phoenicia erat.
Sensus est, nomen eorum suave erit omnibus: aut, ita sona
bit ut clangor tubae, cum in templo libatur novum vinum.
similitudine ecclesia, cum Christi dulcem esse memoriam
significat, comparat eius nomen fragranti oleo, Cant. 1, 3.

9. Ephraim [אֶפְרַיִם מַה־לִּי עוֹד לָעֲצַבִּים] Ephraim (sub. dicet)
quid mihi ultra, vel amplius rei est cum Idolis. Cum
res ita se habeant, cur adhuc Ephraimitae Idola colunt?
~~cur~~ non ab eis discedunt? Ephraim dicet, sc. his tantis bo
nis invitatus. q. d. Tantisper dum ea colui, fuit mihi
omne malum: nunc autem quum colo Dominum, erit
mihi omne hoc bonum. Dicent prognati domus Isra
el, quid ad nos ultra attinet servire Idolis? &c. Fatean
tur et detestantur praecedentem suam vecordiam.
[אֲנִי עָנִיתִי וַאֲשׁוּרֶנּוּ] ego exaudiam, sc. precantem ad me.
Idola non audiunt, nedum ut exaudiant. Et singularem
ipsius curam habebo; ~~[illegible]~~ Id enim vox שׁוּר significat,
observare et intentis oculis aspicere. Huius oppositum est
absconditum faciam, Deut. 31, 17. [אֲנִי כִּבְרוֹשׁ רַעֲנָן] ego (sub.
ero ei sc. Ephraimo) ut abies, pinus, Juniperus vel cy
pressus, frondosa vel virens. Nam perpetuo viret, nec fo
lia hyeme decidunt. Interpretes Graeci hic posuere agri
bor, Juniperum. Id certum est in plantarum vocibus magnam
esse et rerum obscuritatem, et interpretum dissidium. Sensus est,
praestabo ei laboranti quod abies frondosa in aestu solis,
quae gratissimam umbram facit. Ab aestu recreabo qui
cumque ad umbram meam confugient. ~~[illegible]~~ recreabo et

R R R R

protegam eum ab aestu calamitatum. Illum refrigerabo. Nunquam illi deero; omnia necessaria illi suppeditabo. Ex me fructus tuus (quem sc. feres tanquam oliva et vitis, ex v. 7. et 8. h. e. felicitas tua) inventus est, vel praesto est, vel praesto erit. Invenies in me non solum umbram et opacitatem, sub qua lateas et quiescas, sed etiam uberes fructus, quibus alere te possis. Per fructum hic intelligit, vel omnia necessaria, vel opera eius, ut Psal. 1,3. Hinc arguitur bona opera a Deo esse. Hoc addit, quia abies non fert fructum. q. d. quod si dixeris, Abies non est fructifera, sum tibi ero quam abies. Sicut a me habebis viriditatem et speciem abietis; sic etiam habebis ut frugifer sis, quod abies non habet. Imò hinc cognosces, qd fructibus abundes, donum esse benignitatis meae, non naturae opus, ut siquis in abiete fructus inveniret. Sed prior sensus minus coactus.

9. Quis sapiens, et intelligat ista et cet. Ista, tum quae in tota hac Prophetia continentur, tum maxime c. 13. et 14. sive doctrinam illam omnem hactenus tot hortationibus, reprehensionibus, minis, mandatis, promissionibus explicatam: ita ut exclamatione Emphatica universae Doctrinae veritatẽ asserat; simul tamen singularem respectum habeat ad ea quae proxime dicta sunt. Similis hic interrogatio Psalm. 107, 43. Quis sapiens, ut observet ista? et Jer. 9,12. Interrogatio hic raritatem et difficultatem innuit, ut Esa. 53,1. Quis et cet. Ostendit paucos fore in decem tribubus qui ista ita ut oportet sunt consyderaturi; namque pios tantum, quibus Deo placuit haec satisfacere. Quis sapiens et intelligens? bis idem dicit more Hebraeo. Quia vel nam rectae sunt viae Domini; tametsi aliter videatur sapientibus huius saeculi, et improbis. Viae domini sunt, vel 1. eius ratio agendi: q. d. consilia Dei et decreta interim sunt aequissima. Vel potius, 2. vitae, h. e. fidei et morum regula, sive doctrina

nocte decrescente et praeter spem surgit. In vallibus crescere
dicitur Cant. 2,1. Et evanget radix eius ויך] et percutient
radices eius (sub. huc illuc, i.e. sese late diffundent)
veluti Libanon vel arbores Libani. Al. et iaciet radices
eius. Significatur conatus quo arbor terram deorsum fin
dit, ut alte radices ad firmitatem demittat. Est per
Apocopam a verb. הִכָּה coniug. Hiphil. Declaratur
hic et in seqq. felix ecclesiae status similitudine sump
ta ab arboribus radicatis, patulis, speciosis, odoriferis, quae
omnia arbores commendant. Radicatio firmitatem,
ramorum diffusio propagationem, decor oleae pulchritu
dinem et gloriam, atque eam quidem constantem et per
petuam, quia oliva semper viret, odor iucunditatem
et amabilitatem notat.
6. ילכו] prodibunt, propagabunt se, diffundent se, tene
ri rami eius (qui sunt veluti sugentes, ut vox יונקות
hebr. innuit, quum firmi et crassiores rami vocentur
עֲנָפִים. Per ramos progeniem intelligit, vel prolem
numerosam. q.d. Coetus electorum, ubi firmissimus erit,
ita ut amplius convelli non possit; ita etiam quoti
die augescet, ut extingui amplius non possit. Et erit
ויהי כזית הודו] et erit quasi oliva, h.e. gloria olivae.
Elliptica locutio, qualis Psal. 18,34. sicut cervorum,
sub. pedes. Sim. Esa. 63,2. Jer. 50,9. not. non in Arist
tel. 8,5. [illegible], operamentum leonis si
mile est cani, i.e. operamento canis. Similitudines con
garit Propheta, ut confirmet animos populi. Quoni
am una planta vel arbor non potuit perfecte repre
sentare dotes ecclesiae, varias hic nominat. Lilium:
et hoc firmitate et duratione caret: addit ergo cedrum:
et haec infructuosa est; addit igitur olivam. Cuius ex
cellentia in duobus consistit: 1. in frondium copia et per
petuitate, quod perpetuo viret, cum arbores aliae decore suo
spoliantur. 2. et praecipue in fructuum ubertate summa
que utilitate, de qua vide Jud. 9,9. qui fructus sicut arborem
decorant (olea enim baccis gravida decorem vel
de speciem probat intuentibus) ita maxime inter

R R R R

na sua bonitate commendantur. Et odor vel fragrantia
eius ut Libani; montis sc. thuriferi, in quo arbores et her
bæ odoriferæ. Ibi cedri, quæ maxime odoratæ sunt; de quo
Virg. Æneid. l. 7. Urit odoratam nocturna in lumina cedrum:
ibi etiam aromata, ut patet ex Genes. 37, 25. ubi aromata
ferentes dicuntur venisse ex monte Galaad, cuius pars est Li
banus: ibi thus, ut vel cognatio nominum לְבָנוֹן et לְבוֹנָה in
nuit. Chaldæus sic reddit hæc verba, velut odor incensi
aromatum; quia לְבָנוֹן utrumque significat et mon
tem ipsum, et thus. Sensus est, Gratiosus erit apud omnes,
et nominis celebritate fragrantissimus. Confer Cant. 4, 11.
sic contra fœtere dicuntur, qui in odio sunt; ut Gen. 34, 30.
7 יָשֻׁבוּ יֹשְׁבֵי בְצִלּוֹ] Revertentur, nempe de captivitate,
vel convertentur, ad Dominum. Sedentes, sive qui se-
runt in umbra eius. i. e. vel, i. ecclesiæ: vel populi Isra
el, qui arbori procera ramos suos extendenti confertur; q.d.
omni felicitate fruentur, qui ex eius numero ac cœtu fue-
rint, et ei se adiunxerint. In sola ecclesia refrigerium
et salus, extra eam æstus et exitium. Vel, 2. Dei, ex collat.
vers. 1, 2. Dei in Christo. Sic Chald. in umbra Christi sui.
Sic et K. Eos, inquit, qui ad Deum redituri sunt, in um
bra eius placidè quieturos, i. e. protectore Deo conten
tos fore. Recreabunt se sub protectione Dei, tuti eius
ope atq; præsidio. יְחַיּוּ דָגָן] vivent, vel vitam producent
tritico, frumento. i. e. rebus necessarijs ad vitam susten
tandam. Sub externis interna etiam intelliges; i. e.
consolidabuntur et pascentur verbo, animi pabulo: pasti
frumento vitæ, et sobi sanguine Christi, qui cibus et po
tus est animarum. Eædem prope similitudines sunt Psal.
72. de regno Christi, et alias in Prophetis. Vel, ut triti
cum, siue frumentum, sub. vivificat hominem, vel cor
pus consolidat. Et germinabunt quasi vitis] quæ postquam
amputata est, suo tempore germinat, et palmites producit,
ex quibus postea aliæ vites multiplicari possunt.

non vitulos, bestias, sed labia nostra quae nomen tuū
confiteantur, et ipsis vitulis digniora sunt sacrificia. Loco
vitulorum offeremus tibi precationes, laudes et gratiaru
actiones. q. d. Hypocritae summum se cultum praestare pu
tant quum taurum offerunt: sed ἄλογος est is cultus. Deus
aliter vult coli, suam praedicari misericordiam quã nita
mur: qui cultus rationalis est. Chald. verba sit παράφρα
ζει, et sint eloquia labiorum nostrorum quoras te accepta,
tanquam boves in beneplacitum super altari.
3 Assur (i. e. rex Assyriorum, vel ipsi Assyrij) non salvabit
nos. Non amplius dicamus Assyrium servatorem nostrum,
ut olim. Assur omne externum auxilium significat per
Synecdochen. Generali peccatorum confessioni subjicit
specialem, qua peccata sigillatim detestantur, et eorū
emendationem promittunt. Fiducia humanorū praesidio
rum ut commune est Regnorū peccatum, ita peculia
re fuit huic populo, ut Prophetae ostendunt. Super equū
vel equis non ascendemus] vel 1. ut antè spem salutis
in eis collocantes; quod damnatur Esa. 31. 1. vel, 2. ut
consitemus et longinquis profectionibus nosmet fatige
mus ad petenda auxilia ab Aegypto, ut olim 2 Reg. 17. 4
Opera manuum] Brutum suum stuporem damnare
censentur, quem antea varijs praetextibus palliabant.
Non ultrà imaginibus dabimus Dei nomen. Quia in
te misericordiam consequitur pupillus.] Pupillos vocat
homines infirmissimos sortis, qui ope humana destitu
untur. Tales olim in Aegypto fuerunt Hebraei, cum De
us eorum misertus fuerit. Pari in statu eadem ab ipsi
us bonitate expectent. Ostendit quorsum oporteat nos
redigi, nempe ut abjiciamus omnes vanas spes, et consilij in
opia nostra, recumbamus in unum Deum, ut patentem mi
sericordiae Dei ad nos accessus. Pupilli enim pendent ab
aliena directione et ope.
4. Sanabo מְשׁוּבָתָם aversionem, rebellionem vel defectiones eo
rum. A שׁוּב revertendi fit ut הַתְּשׁוּבָה, quae in bona
partem accipitur, conversio, ita מְשׁוּבָה quae sumi
tur in malam partem in tota scriptura, vid.

Jer. 3, 6, 22. Non dicit delicta, errores, sed ponit atrox
nomen, defectionem a deo; ut ostendat se vel atrocissi-
ma peccata sanaturum. Post orationem promissio; ut
confirmentur animi pro remissione orantes, certo se ex-
auditum iri. In remissione enim peccatorum, sanctifica-
tione per spiritum, et vita aeterna, non additur condi-
tio (ut fit in temporalibus) quod Dei voluntas sit certa,
qd illa dare velit. Sanare Deus dicitur, vel 1. quum ve-
ram poenitentiam indit; quum nos regeneravit: vel, 2.
venia gratuita. Sanabo, i.e. condonabo. Si ita fecerint
ut monui, ita dicit Deus, curabo. Ne igitur desperet pec-
cator. Diligam eos (amor Dei fons est omnis nostrae fe-
licitatis) נְדָבָה] varie reddunt; ultro vel sponte, promp-
ta sive libera animi voluntate, i.e. non coactus. Ex libe-
ralitate, liberaliter, i.e. clementer. Multum simile
habet liberalitas et clementia, ut debita et peccata. Gra-
tuito, q.d. nullis ipsorum meritis provocatus: etsi amore
meo indigni sint. נְדָבָה adverbii vim habet per ellipsin
ב ut pro בִּנְדָבָה ut Esa. 54, 8. Quia aversus est furor
meus ab eis. Qu. quomodo diligere potes eos in quos ex-
arsit ira tua, Hos. 8, 5. Respondet, aversa est ira.
5. Ero quasi ros כַּטַּל populo Israeli] Similitudo
roris sumitur modo in malum, pro re evanida, Hos.
6, 4. et 13, 3. modo in bonum, ut Job 29, 19. Commemo-
rat h.l. aliquot effecta dilectionis Dei. Incredulis mina-
tus erat arefactionem radicis, Hos. 9, 16. nunc conversis
benedictionem promittit. Rore donorum caelestium
eos irrigabo. Ros erat salutaris et valde gratus, Esa. 18,
4. et 26, 19. confer Deuter. 32, 2. maxime in terra Cana-
an, ubi pluvia rara fuit. Omnia feliciter illis cedent.
Significat gratiam tum iustificationis, tum regenera-
tionis eis communicandam in Christo. Sicut lilium
כַּשּׁוֹשַׁנָּה] quod ceteris floribus longe praecellit, 1. speci-
e et venustate; 2. foecunditate, Plin. 21, 5. 3. candore,
4. odore; 5. qd bulbo eius in terra velut sepulto, bra

omnium validissimus, et pestifer in illis locis. Domi
ni vel ventus Jehovae, i.e. vel 1mo vehementissimus, ut
Cedrus Dei, pro altissimus; flamma Domini pro maxi
ma: vel 2o, a Domino excitatus, non fortuitus. Signi
ficat, Deo semper paratos esse ventos quibus arcessat.
Ventus hic est hostis vehemens, ut Jer. 4, 11. et 18, 17.
Ezech. 19, 12. nempe Assyrius, Salmanasar. E deser
to ascendens, per Syriae partem desertam, 1. Reg. 19,
15. nam hac iter Assyriis in Samaritidem. Magna
pars Arabiae desertae ab oriente Judaeae inter Babylo
niam et Judaeam interjecta fuit. Desertum erat
terminus terrae Canaan, Exod 23, 31. obj. At Assyrii
ab illa parte non venerunt. Resp. Similitudo non
ducitur a parte aut climate unde ventus oriebatur,
sed ab impetu et nocumento ejus. Subaudiri debet
nota similitudinis; q.d. adducet Dominus Assyriorum
exercitum tanquam ventum. וְיֵבוֹשׁ מְקוֹרוֹ] et exsic
cat vena ejus, ~~[illegible]~~ (sc. Ephraimi), Manifeste,
spoliabitur opibus suis, ut verba sequentia declarant.
Et ipse (sc. hostis, Assyrius, qui per ventum illum in
telligendus) diripiet thesaurum rerum omnium
pretiosarum, vel supellectilis desiderabilis.
16 Peribit Samaria] Hic inchoatur in Cod. Hebr. Cap.
14. sed malè hic versus divellitur a praecedentibus:
Propheta enim non novum sermonem hic ingreditur Pro=
pheta, sed tantum confirmat qd dixerat de ultimo in
teritu Samariae et totius Regni. תֶּאְשַׁם] desola
bitur, jam convicta scelerum, vel quia deliquit aut
rebellavit. Ita tractabitur ut omnes agnoscant sce
lestissimam esse Samariam, i.e. totum regnum Is
raeliticum, cujus illa erat caput. Ubi diu infesta
tus est peccata populi, minatur vastationem.
Parvuli eorum allidentur, sc. solo, vel saxis, ut fit
in captis urbibus. Hoc interdum fieri a victoribus do
cent nos historiae, vid. 2. Reg. 8, 12. et 15, 16.

Non legimus hoc factum quum Samaria oppugnata
est: factum tamen fuisse nemo pius negabit. Neq;
enim omnia quae gesta sunt, a scriptoribus narrantur.

C. 14.

1. Convertere (o Israel) usq; ad Dominum. Redi agniti
one culpae, et emendatione morum. Spem veniae illis
facit, alioqui vana esset haec exhortatio. Quoniam
corruisti, vel impegisti. q.d. Vides enim in quanta
mala incideris per Idololatriam et alia crimina.
Non desperandum, qui percussit te, sanabit.

2. קְחוּ accipite, vel afferte vobiscum verba] accipere
verba dicuntur, qui docentur quae locuturi sunt. sic ver
ba poni in ore dicuntur, 2. Sam. 14.3. Verba non qua
liacunq; vel simulata, verum ex sincero corde pro
fecta, et quae cum re ipsa verbis significata sunt con
iuncta: Verba purae confessionis. Precationis formu
lam illis dictat. כָּל־תִּשָּׂא עָוֹן] aufer iniquitatem, i.e.
condona, vel abole per spiritum tuum. וְקַח טוֹב] et acci
pe bonum sub. verbum, i.e. bona verba nostra, h.e.
suscipe verum confessionem peccatorum nostrorum:
vel poenitentiam nostram, aut precationem quam
facimus ex animo. Al. accipe in bonum, i.e. bonam
partem, ut sit tobh pro letobh, et sub. hanc nostram pre
cationem. Recipe nos gratiose, ut habet vers. Angl. et
suscipiamur utique quasi boni, Chald. Et נְשַׁלְּמָה פָרִים
reddemus, persolvemus (verbum proprium in votis
quae נְדָרִים dicuntur) iuvencos vel vitulos. Septuag.
Syr. Ar. vertunt fructum. Quam versionem retinet
Apost. ad Heb. 13,15. pro פָּרִים legerunt vel פְּרִי vel
פְּרִים plur. a sing. פְּרִי. Labiorum nostrorum. פָּרִים
pro פְּרִי. Nam status absolutus et constructus hoc modo
saepe permutantur. Al. vitulos, labia nostra: i.e.

tempore reddi debet, vel ut thesaurus reconditus seorsim, q.d. Etsi Ephraim ipse peccati sui non recordetur, putetque me quia connivebam eius oblitum esse; ego tamen satis recordor, velut qui debitum quod exigere decrevit, consignat memorialibus libris, ne memoria excidat.

13. Dolores parturientis venient ei] i.e. maximi et gravissimi Matt. 24. 8. inevitabiles atque inopinati similitudine puerperae declarat angustiam Israelitis futuram, ut Esa. 13. 8. Jer. 30, 6. Ipse est filius non sapiens, i.e. stolidus. Hebraei enim qd volunt vehementissime asseverare, praecipue in vitio, per negationem contrarii describunt, ut Esa. 42, 3. Proinde dementatus est, quia iudicium impendens non agnoscit: noluit verbo Dei acquiescere, aut Prophetas audire, quo sibi cavisset, nec periclitatus esset; aut a peccato resipiscere, quae vera est sapientia. ~~Ansgi~~ fatuus sibi non consulens, neque ex utero erumpens, ~~[illegible]~~ quia, vel nam diu non manent in loco unde erumpunt filii. במשבר בנים ~~[illegible]~~ Foetum stolidum vocat qui non statim conatur se eximere angustiis maternis, egredi et prodire in lucem, sed diu moratur illic, ubi constringitur et conteritur. Haec sententia est. Per hanc Allegoriam optime exprimit populi stuporem atque pertinaciam, qd ad extremum redacti non potuerunt aniti ut propinquum excidium effugerent, sed obtorpuerunt, donec tandem abortivi instar extincti sint, et in sordibus peccatorum, in gremio indignationis Dei atque in faucibus mortis malebant haerere, cum praesenti suo et Regni exitio, quam sese ad regenerationem et novam vitam componere.

14. [מיד שאול אפדם] de manu vel potestate inferni, sepulchri redimam eos. Intellige sub conditione: q.d. redimam quantum in me est, nisi per ipsos stetit. Sed obstat populi durities, qui malunt contumaciter perire, quam se convertere ad Dominum. Eriperem vos

ab exitio, a periculis ad sepulchrum ducentibus: inte
st sub. si sapientes fuissent, si poenitentiam age egi
rent. Hebraei, quia potentialem modum non ha er.
bent, loquuntur abuti futuro Indicativi. Significat
per vos stare quo minus a periculis malisque suis libe
rati sint: se enim semper paratissimum esse ad vos
liberandos. Ero et ult. אֱהִי דְבָרֶיךָ מָוֶת אֱהִי קָטָבְךָ שְׁאוֹל
ero pestis tua o mors, excidium tuum inferne. Sen
sus est, si saperent, neque mors, neque sepulchrum
quicquam contra eos valerent. Itaque confirma
tio haec est superioris sententiae, Israelitas sua cul
pa angustiis premi; quod Dei gratiam rejiciant, et
potentiae resistant. consolatio vel poenitentia
abscondet se ab oculis meis. h. e. non mutabo senten
tiam meam poenitentia ductus: nam hoc fiet ci
tra ullum dubium. Hoc mihi fixum manebit vos
perdere, quia sc: desperata vestra malitia non pa
titur me mansuetum fore. Hunc locum citat A
postolus, 1. Cor. 15, 55. neque penitus ex mente Prophe
tae, neque plane contra mentem ipsius. Non cita
vit haec verba ut confirmaret doctrinam suam proxi
me et immediate; sed tantum in genere ostendere vo
luit, proprium Dei munus esse interitum mortis, et
exitium sepulchri.
15 כִּי הוּא בֵּין אַחִים יַפְרִיא] Quamvis ipse (i. e. Ephraim)
inter fratres (i. e. vel reliquos Patriarchas, vid. Gen.
48, 19 vel inter reliquos Israelitas) creverit vel fru
ctificaverit. Est allusio ad nomen Ephraim, qui fruge
rum aut crescendum sonat: et sic dictus est ob in
crementum sive sobolis, sive dignitatis. יַפְרִיא tam
quam a פרא, quod esset יַפְרֶה: nam פָּרָה et ab eo
הִפְרָה fecundo. יָבוֹא קָדִים רוּחַ יְהוָה מִמִּדְבָּר עֹלֶה]
Veruntamen veniet ventus orientalis Ventorum

8 occurram eis quasi l. שַׁכּוּל כְּדוֹב שַׁכּוּל] ut ursus orbatus, sc. catulis suis: tunc enim maxime saevit. Et diruum-pam לִבָּם סְגוֹר clausuram, membranam, velum cor-dis eorum. Sensus est, cor clausum aperiam: ut leo, aliaeque ferae carnivorae non cessant donec cor habe-ant, illudque extrahant et devorent, et sanguinem hau-riant, quo oblectantur maxime. Leonem praecipue cor appetere testantur scriptores histor. nat. Comedam eos ibi] in exilio, vel in urbibus eorum. q.d. qui domi erunt, hostis consumet; qui foris, ferae discerpent, iuxta Levit. 26,22. Bestia agri (i.e. agrestis, quam ego eis immittam; vid. Ezech. 5,17.

9 Perditio et cet. שִׁחֶתְךָ יִשְׂרָאֵל] vox haec est vel 1. no-men formae דָּבָר, ut mox עֵזֶר: vel 2. verbum. Voces varie reddunt. Corruptela tua Israel, perditio tua est, o Israel. q.d. tu es causa exitii tui. Perdidisti teipsum, o Israel. Alii verò aliquid hic supplent. Perdidit te o Israel, sub. rex tuus. id quod ex seq. v. per anticipationem subauditur. Perdidit te et cet. sub. vitulus, cuius supra meminit. Vitulus quem co-luisti fuit causa perditionis tuae. Alii totam orati-onem praecedentem pro nominativo subaudiunt: quod hactenus dictum est de peccatis tuis, illud est quod te perdidit. כִּי בִי בְעֶזְרֶךָ] ad verb. quia in me in auxilio tuo, vel quia in me (sub. est) auxi-lium. Hic nota ἀντιστροφ. Similis locutio, quia in malo erat domus eius, vel malum erat in domo eius, 1. Par. 7,23. ~~Job 18,8~~ Quia immissum est rete in pedes eius, vel immissi sunt pedes eius in rete, Job. 18,8. Ita et h.l. Sensus est; ego nunquam tibi defui, in me semper promptum reperisti auxilium: qui fit ut nunc tibi non auxilier? ut me frustra invo-ces? Nimirum quia malitia tua ianuam occludis gratiae meae.

10 אֱהִי מַלְכְּךָ] Ero rex tuus, ubi est &c. q.d. Vide in
quibus confidis. Reges tam exteri, quam domestici
ubi sunt? Ego autem, etsi a me discesseris, manebo
Deus et rex tuus in perpetuum. oppositio est inter
Deum, Regem aeternum populi et Regem terre-
num. Ubi rex? qui servet te in omnibus urbibus tu-
is; quas inexpugnabiles putas. q.d. Etsi rex tuus ~~rex~~
~~tuus~~ militibus instructus sit et praesidiis, nihil proderit.
Verbo servandi utitur, ut perstringat eorum impieta-
tem, qui quod proprium Dei erat in Regem trans-
ferre non verebantur.

11 Dedi tibi Regem in furore meo: i.e. vel 1. Saulem.
Non placet, quia Saulis electio ad omnes tribus per-
tinebat: loquitur autem h.l. de decem tantum tribu-
bus. Vel, 2. Jeroboamum, qui datus est ab irato Deo,
cum domum Davidis punire decrevisset. Vel 3. in-
definite, i.e. Reges datos et ablatos eis ex quo Davidis
familiam reiecerunt. Et auferam] sc: quem nunc
habes Hoseam, per Assyrios. Israelitarum tergi-
versationem hoc verbo occupat. Dedisti (inquiunt)
regem nobis: cur iam non frueremur dono tuo?
Respondet, non iustam fuisse petitionem, sed eos
per seditionem extorsisse; ideoque Deum iratum et
concessisse eis regem, et ablaturum ~~fore~~.

12 Colligata est iniquitas Ephraim] ut nummi in
marsupio, qui probe conclusi et obsignati asser-
vantur in diem conditum, ne fraudi sit si differatur
solutio. Matt. 16,19. ligari peccata dicuntur, quae
non remissa in poenam retinentur. Sensus, q.d.
maxime memor sum iniquitatis eorum. Licet non
puniatur illico, reservatur tamen peccatum, ut
suo tempore poenam tandem meritam rependat.
Absconditum peccatum eius צְפוּנָה ut id quod suo

2. Nunc verò (postquam moniti fuerint et casti-
gati) addunt peccare. Non tam progressum
denotat, quam perseverantiam in peccatis maioru
suorum, Jeroboami et Ahabi. מִכַּסְפָּם כִּתְבוּנָם עֲצַבִּים
וַיַּעֲשׂוּ לָהֶם מַסֵּכָה] Et fecerunt sibi conflatile vel
fusile ex argento suo, ~~idola~~ idola iuxta intelligen
tiam suam. Non contenti vitulis, vetere peccato,
fecere etiam sibi simulachra argentea, ad imita
tionem eorum quae habebant profanae gentes.
Dicit iuxta intelligentiam suam, talem si
quam hic opponit sapientiae et legi Dei. Non permit
tit Deus hominibus in cultu suo sibi sapere, aut sensum
sive consilium suum sequi, sed tantum praebere au
rem Deo, et sequi quod praecipit. כִּתְבוּנָם in compen
dio dicitur pro כִּתְבוּנָתָם. Statua vel opus artificis
totum hoc. Caret spiritu. Nihil est in eo divini: nihil
amplius quam materia et manuspretium, et forma
quam ab artifice accepit. Esa. 40, 19, 20. et 41, 7. et
44, 12, 13. Et de illis dicunt (sub. sacerdotes, vel pro
phetae falsi) זֹבְחֵי אָדָם immolantes hominem, i.e.
filios suos vitulis. Edicebant sacerdotes ut humano
sanguine litarent vitulis exemplo gentium. Alij sic
reddunt, homines qui sacrificant, vel sacrificantes
hominum, h.e. qui ex hominibus sacrificant. Helle
nismus notus genitivi partitivus. ut, nigrae lana
rum, canum degeneres. Et vox adam hic collecti
vè sumitur. vitulos osculentur. Mos osculandi usita
tus erat et in cultu divino. osculabantur autem vel
os ipsius Idoli, vel manum suam, quum scilicet si
mulacrum vel altius elevatum, vel longius positum
erat, quam ut ab adoratoribus tangi posset. Sensus lo
ci, sacerdotes edixisse hominibus illis qui ministerio
eorum offerebant sacrificia vitulis, ut eosdem osculo a
dorarent.

3 Ideirco erunt quasi nubes matutina, et ros matu
tinus (in Hebr. ad verb. matutinans, i.e. matutinus:
Participium pro Adverbio) citò evanescens, sicut

P P P P

gluma vel propriè palea tenuissima, quae turbine ejicitur ex area, et sicut fumus e cami no. His quatuor similitudinibus ostendit, vel magni tudinem calamitatis quae Idololatras oppressura est; vel statum Israelis, quantumvis florere videatur, ca ducum fore et evanidum.

4 Ego autem Dominus Deus tuus ex terra [Aegypti] Ex qua sc. te liberavi. Opponit hic Deus se vitulis, et suam potentiam bonitatemque Idolorum vanitati. Quomodo ergo conversus es ad osculandum vitulum, qui non ser vat aut faciat te, et reliquisti Deum tuum a diebus antiquis? Et Deum absque me vel praeter me תֵדָע scil.] non agnosces. Nam si unus Deus tibi sufficit ad redemptionem, cur ad alios vagaris.

5 Ego cognovi te] Ibi, sc. ubi omnia deerant, dedi tibi aquam potabilem, manna, aves: curam tui gessi; vel Psalm. 144.3. Cognoscere saepe est diligere. In ter ra solitudinis, תַּלְאֻבוֹת] al. inaccessa, inhabitabili, ut ô reddunt. Potius, terra siticulosa et arida, a rad. לָאַב sitio.

6 כְּמַרְעִיתָם וַיִּשְׂבָּעוּ] Juxta pascuum vel pascua. Pro fertilitate terrae in qua vivebant. Translatio est a pecoribus. Saturati sunt, et elatum est cor eorum; ideoque obliti sunt mei. Contra quam et ratio fere bat, et Deus monuerat, Deut. 6, 11, 12.

7 Ero eis quasi leaena שַׁחַל. Proprie est leo vetus. Alij Pantheram exponunt. Sicut Pardus עַל־דֶּרֶךְ אָשׁוּר כְּנָמֵר in via vel ad viam observabo sc. eos. Pardus qui a Panthera differt Plin. 8.17. est animal crudele et insidiosum. אָשׁוּר hic poni videtur pro אֲשׁוּרֵם. Radix est שׁוּר.

profugus erat, pauper, miser, famus et pecuarius Labanis, et iactatae vestram excellentiam. Siquid habuit Jacob, id omne soli Dei gratiae debuit. Unde etiam ingratitudinem eorū perstringit.

13. הֶעֱלָה יְהוָה וּבְנָבִיא] Et, vel postea per Prophetam ascendere fecit (i.e. Mosen, ut res ipsa docet) et per Prophetam servatus est. Sed quorsum hanc etiam Historiam profert? Resp. Comparatio est inter primam eorū originem, et hanc liberationem; q.d. Tantillos vos tanto privilegio dignatus est. Ingratitudinem populo exprobrat pro tot tantisq; beneficiis. Al. Ex ipsis locis, in quibus peccabatur vetera illis depromit historias, ut ostendat quantum a Maioribus degeneraverint.

14 Provocavit, vel irasci fecit, (sub. Ephraim Deum) תַּמְרוּרִים acerbitatibus, vel rebus amaris, nempe peccatis eorum; vel Idolis, quorum cultu exacerbabatur Dominus. Amaritudines vocat facta impia. Graeci ἐν τοῖς παραπικρασμοῖς αὐτοῦ. Al. ad indignationem amarissimam, ad iram amarulentam. Redit hic ad interruptam peccati exaggerationem; simulque occurrit obiectioni, quomodo Deus, qui in Jacobum et Israelitas tam benignum se gesserat, talia eis iam minatur. Resp. se semper eundem esse, sed eos exacerbasse ipsum. ~~[illegible]~~ וְדָמָיו עָלָיו יִטּוֹשׁ] et ideo sanguis eius (i.e. ab eo fusus, quia sanguinis ab eo effusus, caedes quas patravit, multos n. pios occiderat) super eum manebit, vel requiescet; vel transitive, deseret, relinquet, sub. illa, nempe Dominus eius. Deus non mundabit eum a perpetratis caedibus. Qui reus caedis est, et proptereа poenae obnoxius, super eum sanguis esse dicitur, Jon. c. 1.14. Hinc Exod. 20, 7 non mundabit, pro non relinquet impunem. Et opprobrium eius (i.e. vel 1. Israelis, active, quia ab Israele illatum: vel 2. Dei, passive; quia acceptum. Probrum quo Israel affi

Q D P R

os affecit: vel Prophetas; vel Deum, cum in eius locu vitulos substituerat.

C. 13.

1. Quum loqueretur Ephraim, i.e. cum authoritate gra[-] ci[?] gerat. Est enim hic loqui, cum authoritate graui gere, consulere, minari. Ephraim, i.e. vel tribus Ephraim, viris et opibus pollens. Vel, 2. domus Ephraim: Josua, qui Ephraimita erat: reges in tribu Ephraim. tremor (erat) sub audientibus. i.e. tremenda Maiestate praeditus: populus eum venerabatur; ad summam enim dignitatem erat euectus. Confer Jos. 4.14. Dan. 5,19. Sen sus, q.d. quando colebat Dominum, imperabat omnibus, et omnes qui audiebant, tremebant. רְתֵת folium non ha bet nisi in Syriaco. Vox Chaldaica magis est quam He braea, quomodo etiam exstat Chaldaice [illegible], Ex. 15,15. J damqi valet qd רֶטֶט Jerem. 49, 24. [וְרֶטֶט הֶחֱזִיקָה] sed simul ac peccauit in vel cum Baal. Ipse coluit Ba alem, et alios ad colendum adegit; namque tempore Acha[-] bi, 1. Reg. 16,31. Etiam vituli Hebraeis vocantur Baalim, quia Deus tales imagines, contra legem suam sibi fac tas, a se abalienat, neque pluris facit quam eas quae falsis numinibus excitantur. Alij Baal hic strictius acci piunt, qui et a vitulis distinguitur. Cultus Baalis gra vior erat, et minus excusabilis, quam vitulorum. Ideo to leravit initio Deus Jerobeamum, et ut ad poenitenti am illum reuocaret, maximis eum benedictionibus affecit. Sed cum in peccatis pergerent Posteri, et crimen adau gerent, et se gentium inquinamentis polluerent, ita ut nihil a Profanis differrent, tunc mutata fuit regni conditio. Mortuus est, i.e. exitio addictus; exilio, ser vituti et morti deuotus. Metonymia satis frequens. Sic Gen. 2,17. morieris, i.e. mortis poenam incurres.

Et per manum Prophetarum, h. e. Prophetis assimi-
latus sum. Ita LXX. Ar. Osiand. i. e. adumbratus et
repraesentatus sum tibi non verbis modo, sed et actionibus
Prophetarum, quis, quantus, qualis sim, quid a te exi-
gam. Sed potius active et transitive sumendum est ver-
bum. אֲדַמֶּה] assimilavi ~~fut.~~ pro praet. Prophetae
enim multis rebus Deum compararunt, patri, pastori,
amico, leoni etc. et per varias figuras Christi gesta
praenunciarunt, typicas, Allegoricas, Syris et prae-
cipue Palaestinis, usitatissimas; quales sunt Es. 5.1.
Ezech 16,3. Hos. 1,2. similitudines efficaces, per quas
te instruerem, invitando te ad poenitentiam, et multa
bona tibi promittendo.

11 Si etc. אם גלעד און אך שוא היו בגלגל שורים
זִבֵּחוּ] Hic variant interpretes. Si Galaad Idolum,
(i. e. si vitulus cultus a Galaaditis non est nisi Idolum,
Idoli iniquitas, vanitas, nec potens se suosque cultores
ab hoste tueri, ut vos, o Judaei videbitis) ergo frustra e-
runt in Gilgala bobus immolantes, operam perdunt
qui sic faciunt. Al. ~~cur~~ cur bobus (i. e. vitulis) in ditio-
ne vestra, nempe in Gilgal, hostias immoletis? Est
ellipsis voculae cur. Sensus, cur adhuc duae tribus cul-
tum illum vitulorum imitantur in Gilgale? vid.
supra 4,15. et 9,15. cur usque adeo insanitis, idque nullo
vestro emolumento? Duo hic notanda sunt. 1. Ter-
ram Galaad, utpote et a Tabernaculo remotissimam,
et vicinam gentibus, idolatria maxime laborasse.
2. duplicem fuisse populi abductionem: 1. Galaadita-
rum, 2 Reg. 15,29. 2. reliquarum tribuum, 2 Reg. 24,
et 25. Praedictio autem haec erat post primam capti-
vitatem, et ante secundam. Propheta ergo hortatur eos
ut ab Idolis ad Deum redirent, ut saperent exemplo
Galaad, quae licet Idola plurimum coluit, primo ta-
men Assyriorum impetu periit.

Al. si Ghilead iniquitas? veruntamen mendacium fue
runt, in Gilgal boves immolaverunt: vel annon in
Galaad iniquitas, h. e. Idolatria? q. d. propter peccata
sua demigrabunt. Tò אם plerique interrogativè su
munt, ut saepe sumitur, ut Job. 6, 13. Psal. 89, 36. et alibi
passim. Interiecta promissione, de qua dictum, redit
ad institutum, et ostendit eos deflexisse, ut a charitate in
Proximum, v. 8, 9. ita et a vero Dei cultu h. l. proin
de opus etiam esse ut serio ad Deum redirent per fidem
et spem veram. Et vel etiam חוֹתָם כְּגַלִּים עַל תַּלְמֵי שָׂדָי
גַּם מִזְבְּ altaria eorũ (Galaaditarum) sub. sunt, vel fue
runt, vel erunt sicut cumuli lapidum in sulcis, alij
per porcas vel iuxta porcas agrorũ, vel agrorũ meo
rum. emphaticè: quasi Deus exprobraret terram
suam, quam peculiari modo sibi elegerat, fuisse pol
lutam superstitionibus. Exprimi hic volunt, vel
vulgum. Est exaggeratio Idolatriae a generalitate:
nulla tribus immunis erat. Ubique erecta erant alta
ria. Ut quisque congerit lapides in acervũ si ager la
pidosus sit: ita quisque sibi fabricat altaria. Vel 2.
quemadm. Ut lapides congeruntur ab agricolis super sul
cos, sic et altaria iacent disiecta.

12. Fugit Jacob שְׂדֵה אֲרָם in agrum vel regionem Aram,
i. e. Syriam interamnem, sive Mesopotamiam, Gen.
28, 5. et propter uxorem custodivit greges. Ad historiam
de Jacobo interruptam redit. confer v. 4. Sed quorsum
hoc spectat? Coarcet hic superbiam Israelitarum, qui
audacter superbierunt in sua praestantia et origine. Pu
tant etiamnum Judaei nos omnes esse brutas pecudes, et
fingunt sibi diversam a reliquo humano genere ori
ginem, quia sunt posteri Abrahae. Eos ergo hic refel
lit. q. d. Jacob pater vester quis vel qualis fuit?

Sic argumentabatur, cui peccatum est, illi quoque pœna est. At nobis non est pœna. Ergo nec peccatum in negotiatione nostra. Sed Propositio universaliter sumpta falsa est. Deus enim sæpe pœnas differt. [Alij locum sic reddunt.] Sensus secundum Chaldæum hic est. omnes labore partæ opes non restabunt ei in tempore quo luet peccata sua. עָוֹן sumpsit pro עוֹנָה quod est tempus constitutum et חֵטְא pro luit, ut Gen. 31,39. Græci propter subintelligunt, et עָוֹן a עוֹן derivant, Πάντες οἱ πόνοι αὐτοῦ οὐχ εὑρεθήσονται ~~αὐτοῦ~~ αὐτῷ δι' ἀδικίας ἃς ἥμαρτον: omnes labores eius non invenientur ei propter iniquitates quas vel in quibus peccavit. Tam Græci quam Chaldæus legerunt יגיעו et יִמְצְאוּ. Al. Cuncti labores mei non invenient mihi iniquitatem quæ peccet, vel quicquam in quo sit grande peccatum. Gratulabantur sibi de opibus fraude partis, et sibi blandiebantur, et culpam, si qua inesset, elevabant, neque tantum aut laborem, non scelus aut flagitium esse dictitantes. Securi sunt, et grava confidentia superbiaque inebriati, quia Deus dat signa aliqua paterni favoris: abutuntur bonitate Dei, ut ferociter contemnant eius doctrinam et omnes minas; et quia Deus non statim pœnas exigit, se iustos esse statuunt.

9. Et vel et ego Dominus Deus tuus ex terra Ægypti vel inde a terra Ægypti) i.e. ex quo te eduxi ex Ægypto. Et tunc me Deum tuum liberatione tui declaravi, Exod. 20,2. et iam inde ab eo usque tempore Deus tuus sui continuis beneficijs. Adhuc et ut habitare בָּאֳהָלִים [עוד אושיבך] Adhuc habitare te faciam in tabernaculis vel tentorijs, sicut diebus condetus, vel festivitatis, vel festis. Sensum diversimode concipiunt. Est denunciatio pœnæ; q.d. ego vos iterum deinde ex ædibus vestris, ut peregrinantium more in tabernaculis agatis, sicut diebus constituti temporis, i.e. 40 illis annis. Alij autem in bonam partem accipiunt: q.d. reducam te ab exilio in quod abducendus es, et in taber

P P P P P

naculis collocabo, ut olim in deserto. Ut diebus solemnita-
tibus, h. e. hilariter et securè, magna populi frequentia,
ut tribus illis anniversariis solemnitatibus sub lege fieri
solitum est, Deut. 16, 14, 16. Al. sic, sensus q. d. Etsi ex-
tremo digni sitis supplicio, sum nihilominus Deus ves-
ter inde ab —— Egypto, nec foedus meum irritum fa-
cio. Si itaque resipiscatis, spes superest, paratus sum om-
nia vobis prospera largiri, ut adhuc festum celebratis.
oblitus liberationis ex Egypto, faciam te reminisci non
praeteritae liberationis, sed venturae: nam te in captivita-
tem abducam, ex qua te retraham et liberabo; unde me-
mor eris, et festum Tabernaculorū restitues in memo-
riam huius liberationis venturae. Tradidit et captivita-
tem, et liberationem. Ego denuò vos redemptos, sed
ex alia captivitate, in tabernaculis, ut antea, colloca-
bo, sicut olim illis diebus, quibus tabernacula inha-
bitatis. Spiritualem reductionem sive redemptio-
nem in Christo praestandam promittit, typo veteris
ecclesiae figuratam, ut Hos. 2, 15, 16. ~~[illegible]~~ ea-
n. fuga Aegyptiaca comparatur in S. S. Sensus est,
etsi vos propter peccata vestra abdicabo, et sinam vos
in captivitate Assyriaca perpetuò teneri: tamen suo
tempore per Christum vos redimam, sed redemptione
spirituali.

10 Et et cet. ודברתי על] et locutus sum ad vel cum
prophetis: q. d. Deposui apud illos doctrinam quae
vos in viam reducere debebat. Amplificat crimen po-
puli, quod non errore aut ignorantia lapsi sunt, quia
subinde a Prophetis admoniti sunt, sed rebelles fuerunt
Deo et Prophetis. visionem multiplicavi] visiones
multae inveniuntur apud Esaiam, Jerem. Ezech. ~~Dan~~
Visiones aliae in somnio, aliae extra somnium videban-
tur. somnii vocabulo ecstasim comprehendo.

Dei vitulum colitis. Et ibi locutus est nobiscum] in
illis scil. in lumbis patrum: q.d. locutus est cum Jaco
bo ea quae ad nos pertinebant. Huc facit Proverbium
Hebraeorum, quae Patribus acciderunt, signum sunt filiis.
Sensus quid tunc Deus promisit Jacobo id totum populi
corpus spectabat, et omnes eius posteros. Propheta enim
iam applicat in usum totius populi qd hactenus de Ja
cobo retulit.

5. Et Dominus Deus exercituum (sub exercitus nomine
comprehenduntur stellae Deut. 4.19. et Angeli Neh. 9.6.
et animae humanae, Gen. 2,1. et daemones, 1. Reg. 22,
19. q.d. est summus omnium creaturarum imperator) Jehova me
moriale vel monumentum eius est, i.e. nomen eius
perpetuum. Nomen qd populo ipsius in memoriam
revocent potentiam et veracitatem eius. Memori
ale, i.e. nomen quo agnoscitur. Js deus qui per ange
lum se patefecit, qui promisit, qui locutus est nobis
cum, est longe potentissimus: nulla mala tanta sunt
de quibus vos liberare non possit. Nolite igitur poten
tiae eius diffidere. Unde ergo studium vestrum captan
di praesidia Assyriorum et Idolorum? cur non ad eum
recurritis? Aliud hoc est argumentum ad resipiscentiam.

6. Et tu, vel tu ergo ad Dominum converteris תָּשׁוּב
בֵּאלֹוהֶיךָ] ad Deum tuum revertere, per poenitentiam
sc. exemplo Jacobi. Hactenus exemplum, nunc adhor
tatio. Cum ergo tot beneficiis, vobis cum Jacobo pa
rente vestro communibus, Deo sitis devincti; cum prae
euntem in rebus pietatis parentem habeatis, progre
diamini, si eius progenies estis, ad Deum redite.
Et spera vel fide in Deo tuo semper] Non est qd
ipsi diffidas, dummodo tu officium facias. Sub verbo
sperandi comprehenditur fides, invocatio, gratiarum
actio, et totius Dei cultus. Confer Psal. 37.3,5. et 40,
2. Tacet hic vanam eorum spem in fraudibus suis

7 כְּנַעַן בְּיָדוֹ מֹאזְנֵי מִרְמָה] Mercator est (sub Ephraim)
in manu eius sunt lances dolosae. Contra Dei prae

captum, Levit. 19.35, 36. Synecdochicè omnes fraudes denotat, quibus per fas et nefas opes cumulabant. Vox

כְּנַעַן h. l. sumitur vel 1. appellativè pro mercatore, ut Job. 40. v. 25. (al. 41. 6.) Prov. 31. 24. Solet autem hoc modo gentile nomen in commune transire: ut cum Arabs pro latrone ponitur, et Chaldaeus pro Mathematico. Nam Cananaei mercaturae imprimis dediti erant, ut fere gentes mare accolentes. Vel, 2. propriè. Ephraimitae dicuntur Cananaei, quia mores eius gentis referunt: confer Ezec. 16, 3. Post exemplum Jacobi, et regulam poenitentiae, ostendit quantum a Jacob populus degeneravit, non iam Jacob sed Canaan appellans; ut ostendat eos non meliores esse gentibus quas Dominus e terra eiecerat. q. d. vos non estis sanctum semen, et filij Abrahami ut iactatis, sed semen Canaan; ac si maneret gens eadem quae prius.

8 Et vel atqui dixit Ephraim, utique, vel profectò dives effectus sum. Jactantia qualis Apoc. 3. v. 17. Tò אַךְ hic emphaticum est. Nihil moror quid dicant Prophetae; ego contentus sum sorte mea: video mihi istas artes prodesse, ideoque pergam. Inveni vel potius acquisivi opes mihi. Id est אוֹן hic significat, et videtur poni pro הוֹן, affinibus literis (אהחע Ehevi) commutatis: ut Jer. c. 25. v. 3. אַשְׁכֵּים pro הַשְׁכֵּים. Sensus, opulentia sua causam sibi, non Deo tribuit. Omnes et cet. לִי עָוֹן אֲשֶׁר חֵטְא [כָּל־יְגִיעַי לֹא יִמְצְאוּ] omnes labores mei (i. e. opes laboribus partae) non sufficiunt mihi. מָצָא cum ל constructum sign. sufficere, ut Num. 11. 22. Sensus, nihil moratiore increpationes Prophetarum, studebimus mercatura nostra amplius ditescere. poena (vel iniquitatis poena, ut עָוֹן passim sumitur) est illi, cui peccatum est. i. e. ex eo facilè constat me non esse peccatorem, quod bene mihi est: nam qui rei sunt, eos Nemesis impune abire non sinit.

munera, ad fœdus ineundum. Sane Ægyptus, cum regio plana eſſet (nam oleæ collibus gaudent) videtur oleo caruiſſe. Eodem tempore oleum et munera alia mittit in Ægyptum, ad opem impetrandam ut ab Aſſyrio deficiat, 2. Reg. 17. 4.

2. Judicium etiam. רִיב et vel etiam lis eſt Domino cum Juda. Habeo, inquit Deus, et quod de Juda querar. Nam quanquam Idolatriam publicitus ſuſtulit Ezechias, multa tamen vitia in populo manebant. Non tamen abieci omnem de illis ſpem; quare nolo deſtruere, ſed ad emendationem caſtigare. Dicas Prophetam antea laudaſſe Judæos. Reſp. Laudavit cultum eius; non autem mores qui corruptiſſimi erant. Argumentum eſt a minori. Si non parcet Judæis, qui verum cultum retinent, quanto minus vobis apud quos et vita corrupta eſt et religio? Et לִפְקוֹד et (vel, ergo, ut copula illativè ſumatur) ad viſitandum ſubaudi paratus eſt ſuper Jacob. Sic paſſim ל infinitivo præpoſitum format gerundium in dum, quatenus ſignificat oportere; ut Pſal. 32.9. et alibi. Al. animadvertet vel viſitabit, Infinit. pro fut. ſcil. cum ira. Non diſſimulabit cum eis, ut pœnitentiam eliciat, ſed pœnam meritam exiget. Juxta adinventiones] tractabitur pro ingrato ſuo in Deum animo.

3. In utero ſupplantavit fratrem ſuum, vel calcaneum tenuit, nempe Jacob: idque divina virtute, non ſuopte ingenio, rationis adhuc expers: ac iam tum omen accepit felicitatis, fraternâ maioris. וּבְאוֹנוֹ שָׂרָה אֶת אֱלֹהִים et in fortitudine, virtute ſua prævaluit cum Deo, i.e. Angelo, ut verſ. ſeq. exponitur vel filio Dei, qui etiam Angelus vocatur. vid. Gen. 48.16. Quæſt. 1. Quomodo Jacob prævaluit Deo aut Angelo. Reſp. prævaluit Jacobus adverſus Deum non abſolutè ſed ſecundum quid, quatenus Deus adoriebatur eum humano more, et eo animo ut ipſi animus vireſque adderet. Decreverat Deus Ja

0 0 0 0 0

cobo victoriam concedere. Quaest. 2. quomodo victor dicitur Jacob sua virtute? Resp. virtus sua erat, non quidem hominis propria et naturalis, sed ex gratia et donatione Dei: titulus autem donationis optimus est. Sed quorsum h.l. producit has de Jacobo Historias? Resp. Ut commemorando beneficia sua taxaret ingratitudinem Israelis: qd non agnoscerent se in persona patris sui Jacob praeventos fuisse gratuita Dei misericordia, quam Deus hoc signo, nempe directione manus infantis, testatus est.

4. Flevit et supplex oravit eum] quod ille Angelo, hoc vel Deo praestita. Qu. quis flevit? Resp. Jacob, ut docent verborum ratio; nam verbis illis praevaluit robore, flevit, idem nominativus praeponitur. 2. narratio Mosis, et res adiuncta. Flevit autem vel ob coxendicem laesam: vel ut nomen eius rescisceret, quod Angelus roganti Jacobo non indicasset, quo Maiestatem suam non obscure innuebat: vel ut benedictionem impetraret, opemque contra fratrem suum, a quo vehementer timuit. Confer Gen. 32, v. 26, 29. Qu. Unde hoc de fletu scivit Propheta, de quo silet Moses. Resp. Ex circumstantiis historiae id facile patet. Simile quid refertur Hebr. 12. 21. 21. In S.S. saepe aliquid de Historia antiqua additur, quod eo loco ubi res illa fusius tractatur, non invenitur. Exempla occurrunt non pauca. In Bethel invenit eum] quis quem? Phrasis ambigua est. Resp. 1. Deus vel Angelus Jacobum: sequitur enim ibi locutus est. Sed hoc non cogit assensum: possunt enim verba sic construi, Jacob in Bethel invenit Deum, qui locutus est: nempe quum in Syriam fugeret metu fratris, tunc ibi apparuit ei Deus, salvumque ei reditum promisit. Resp. Jacob Angelum, sive Deum. Hoc vult, Deum se velut propitium manifestasse Patriarchae in Bethele, cum ab omnibus destitutus videretur. Hoc autem refero non ad primam visionem, Gen. 28, 16. sed ad secundam Gen. 35. 1. iuxta historiae filum. In Bethel ἐμφατικῶς dictum: i.e. ubi vos contra lege

maxima pars populi in iis erat dispergenda. Commendatur h. l. maxima Sp. sancti energia, sive potentia, qua fidelibus debilitatem illam et obsequium erat inditura, ut pollutiones gentium exhorrerent et refugerent, et sanctitatem magna contentione prosequerentur, ut aves versus nidos suos volantes. Collocabo eos in domibus suis] faciam ut habitent securè quisque in domo sua. Perstat in similitudine. Nam et ciconia ad nidum suum redit, et columba ad columbarium. Impletum hoc in Israelitarum non multis, qui ad Deum conversi cum tribu Judae rediere: implendumque in pluribus fuisset, si plures se ad bonam mentem recepissent. At cum certum sit decem tribus domui restitutas ~~nunquam~~ in integrum nunquam fuisse, concludendum est sub typo restitutionis ab exilio, promitti reliquiis Israelitarum in hac vita consociationem cum vera ecclesia quae est domus dei, et post hanc vitam aeternam mansionem in coelis, in domo patris sui. Confer Hos. 2.23 cum Rom. 9.26.

12 סְבָבֻנִי בְכַחַשׁ] Circumdederunt me mendacio. Hunc versum alii ad hoc caput 11 referunt, ut LXX, Vulg. et alii ad caput 12, quod rectius. Sed non est quod de eo solliciti simus. Hoc versu peccata Israelitis exprobrantur per comparationem cum Juda. Sensus est, Ephraim egregia promisit, nihil praestitit: tentavit scelera sua versutiis suis tegere, et omnes Prophetarum minas eludere. Mendacio, i. e. per Hypocrisin: vel fallaciis, aut falso cultu, diis falsis aras erigens; quod qui facit, Deum fallit. Dicunt se colere deum, sed mentiuntur: simul enim vitulos colunt, et eos quidem in honorem mei. [illegible] עֹד רָד עִם] Et Juda adhuc dominatur vel principatum tenet cum Deo. רָד a רָדָה dominari.

O O O O O

Dicitur Juda dominari cum Deo, quia ibi Deus regnabat per verum cultum, quia ibi erat vera et legitima regum successio a Deo probata, cum legitimo sacerdotio. quum Ephraim dominari voluit sine Deo; imò ut dominaretur, verum dei cultum abiecit.] Et cum sanctis fidelis est, i.e. constans in Dei cultu cum sanctis, nempe Dei ministris, sacerdotibus et Levitis. Sensus loci, retinet Juda fideliter cultum a sanctis ~~traditum~~ in sancta ecclesia, et eo loco quem suo cultui dicavit Dominus, observatum.

C. 12.

1 Ephraim pascitur vel vescitur vento] Ad hominem transtulit, quod propriè de animalibus dicitur. Inania sequitur et res nihili: nam ventus neminem alere potest. Significat eorum fiduciam in externis praesidijs vana et inutilem esse: quasi ventum vorassent, quo tumebant quidem et inflabantur, sed non alebantur. Et רֹדֵף קָדִים] et ~~per~~sequitur Eurum. Plus dicit. Eurus in illis regionibus non modò non prodest, non est frugifer, sed et plurimum nocet. Duo hic sunt adagia: prius vanitatem, posterius damnum indicat q.d. Non solum rebus vanis addictus est, sed et exitiosis. Mendacium (i.e. mentitum vel falsum cultum; vel foedera cum gentibus quae vana et fallacia sunt; vel, imposturas, quibus seipsos fallebant et obstinabant adversus doctrinā Dei. Haec culpa Israelis, et vastitatem (i.e. vel crudelitatem et persequutionem piorum; vel Idola, quae sunt causa vastitatis; vel foedera illa, quae vastitas dicuntur ab effectu) Haec poena Israelis.] Et foedera et cet.] quo tempore foedere cum Assyrijs inito tenebantur. Et oleum et cet.] quod in terra Israelis praestantissimum erat. vid. Ezech. 27.17. oleum pro

procul abest a Dei voluntate et consilijs, quae
apud illum certa sunt, nec ab hominibus pendent.

9. Quoniam Deus ego et non homo] i. e. multò homini
bus clementior, Exod. 34.6. Deus, qui iram continere pos
sum; non homo, qui est impotens, irae impatiens, impla
cabilis, crudelis, vindictae cupidus, sanguinem hostis siti
ens, saeviens in alios pro qualitate irae suae. Al. non vir,
sub. ut mentiar, vel ut me poeniteat. Scio quod patribus
vestris promisi. Deus sum, non muto. Non tamen
alloquitur totum populum, sed fideles in eo residuos.
In medio tui sanctus, vel inter vos] i. e. Inter vos ego
Deus, qui sum sanctissimus, habito. Plerique omnes
per sanctum, Deum intelligunt. Esse autem sanc
tum in medio populi alicuius, significare Deum esse
eidem populo foedere iunctum, ut sicut ipse sanctus
est, sic etiam populum sanctificet et salvet.
ולא אבוא בעיר] Et non ingrediar ~~in~~, vel non veniam
contra civitatem: nempe hostili modo, ut eam per
dam, prout ingressus sum in urbes illas Gen. 19. ad quam
historiam alludit. Sed cum eventus contrarium do
cuerit, eversa Samaria et alijs urbibus, alij aliter ac
cipiunt.

10. Post Dominum ambulabunt, vel Jehovam sequen
tur. ~~sensus est~~: Hactenus ambulaverunt in suis desiderijs
meritis suis nixi, nunc sola Dei gratia fident. Ubi i
ram meam ostendero, nempe per deportationem. Ita
Grotius applicat sequentem clausulam, quasi leo ru
giat. Sensus est: finito exilio populus Deo duce redibit
in patriam. Hebraei haec referunt ad reditum a capti
vitate, et instaurationem habitationum Israelis. Obi. Ve
rum hoc esset, si de Judaeis hic ageretur: at agitur de
decem tribubus, quae nunquam restitutae sunt. Obi
Resp. Multi Israelitarum se adiunxerunt Judaeis sub
Cyro reducibus. Obi. 2o. Sed cum illi pauci fuerint adeo

0 1 1 0 0

ut nulla eorum mentio fiat in recensione populi a
ductoribus Esdra et Nehemia facta) iiij vel complures
ex iis non zelo aut poenitentia ducti, sed aliud forte
quaerentes; complementum tantae prophetiae, et pro-
missionis in eo situm non erat. Veteres Hebraei teste
Hieron. ad Messiam hoc retulerunt, nisi qd regnum eius
terrenum somniarent. Verior itaq; sententia est, hanc
esse Prophetiam de restauratione spirituali per Messi
am. Jehovam, nempe Christum, ex Aegypto vocatum,
supra v. 1. quasi ducem in hac spirituali liberatione
praeeuntem, confer Esa. 52. 12. Mic. 2. 12, 13. sequen
tur electi Israelitae; illi quos liberare statui, postquam
diu fuerint inter gentes dispersi, convertentur ad Deu,
et non amplius ibunt post Baalim. Quasi leo rugiet]
i.e. clara et maxima voce praedicabit Evangelium.
Ut leo rugitu suo advocat animalia sui generis ad par-
ticipationem praedae: sic Christus potenti Evangelij
voce vocabit gentes omnes ad aeternae vitae societa
tem. vid. Joel 3. 16. ubi praeconium legis et Evange
lij rugitui leonis confertur. Quia, vel quum ipse ru-
giet, et vel tunc pavebunt, properabunt, trepide
accurrent filij (in Christo sc. effecti, Joh. 1. 12. electi)
מִיָּם a mari, h. e. occidente. Erat mare terminus Ju
deae occidentalis. Ab extremitatibus terrae, quam
mare circumluit: a finibus orbis terrarum.

11 יֶחֶרְדוּ] pavebunt, vel properabunt, celeriter se recipi
ent ad eum, nempe Christum. Ut avis (sc. e nido excitata)
ex Mizraim. Hoc dicit (inquit Grotius) propter eos
Israelitas qui ad Salmanassaris adventum se in Aegyp
tum receperunt, supra c. 9. 3. Et quasi columba (i.e.
quam velocissime) de terra Assyriorum. Hoc dicit
propter eos qui in Assyriam abducti sunt, inquit Groti
us. Al. Per Assyriam et Aegyptum omnes alias regi
ones intelligit. Harum vero meminit, quia

6 חָלָה] Idcirco ingruebit, vel irruet gladius. Hoc erit
praemium q[uo]d tam beneficum Deum neglexerant.
Et consumet electos eius בַּדָּיו] membra eius, vel
villas eius, vel vectes eius (varie enim redditur)
i.e. principes et Magnates eius, vel fortes eius.
Vectes vocabantur, quia omnes rempublicam
sustentant. Alij ramos eius, i.e. pagos seu villas,
quae sunt veluti rami, vel appendices urbium. Et
וְאָכָלָה מִמֹּעֲצוֹתֵיהֶם] devorabit propter consilia eorum
sc: mala consilia. opponuntur consilia populi con
silijs Dei per Prophetas suggestis, quibus spretis sua,
quae excogitarunt, secuti sunt: qualia erant, tum
illa de novo cultu, tum ista de foederibus vicino
rum regum, de imploranda ope Aegyptiorum,
2. Reg. 17. 4.
7 Et populus meus suspensi [sunt] לִמְשׁוּבָתִי] propter aversi
onem. Aversio Dei hic dicitur qua homines se aver
tunt a Deo: genitivus obiecti. Duplex hic He
braismus. 1. ל signum propter, deinde affixum Pro
nomen sumitur passive. Sensus est, populus li
cet malis obsessus conversionem suam differebat,
dubitabatq; num ad Deum rediret, imò in con
trariam potius partem inclinabat. Suspensos
vocat, quia obstinati erant, et in uno gradu stete
runt, non commoti ulla doctrina ut sc: progres
sum facerent, vel ostenderent signum aliquod
poenitentiae. (Al. aliter) Suspensi sunt, ex pia tor
quentur, semper sibi timuerunt, nec unquam ani
mo erant securo, inter spem metumq; dubij, re
rum adversarum mole oppressi, adeo ut nescirent
quò se verterent, iuxta minas Dei, qui rebellant
& Deut. 28. 66. contra me, et quia ego poenas sumo de Apostasia
eorum.

וְאֶל עַל יִקְרָאֻהוּ יַחַד לֹא יְרוֹמֵם] Et quamvis ad Excel
sum sive altissimum (vocabulo Deum alibi עֶלְיוֹן
hic עַל) vocabant eum (sub. Prophetae) simul non
exaltavit eum, sc. ullus eorum; et ne unus quidē
ex illis omnibus reperitur qui exaltat eum, sc.
laudibus. Non respondet vocationi aut benignae in
vitationi, sed adhuc suspensus haeret in aversione sua

8. Quomodo te dedam (sub. hostibus ex collatione
membri sequentis) o Ephraim? Induxit Deum lo
quentem more eorum qui inviti puniunt. q. d. postu
lat iustitia mea ut praecedentes minas mandem
executioni, et vos penitus deleam: sed quomodo
hoc a me impetrabo? אֲמַגֶּנְךָ] tradam te Israel?
מִגֵּן, quod varie hic vertunt Graeci, est tradere, ut
Gen 14. 20. et alibi.] Quomodo redderem te sicut
Adama? sc. subvertendo te. Urbes Adama et Sebo
im cum Sodoma funditus excisae sunt: sed mavult
has nominare ex quibus nemo superstes erat. Ostendit
Deus quid pro meritis Israelitarum statuere possit,
et quam horrenda essent eorum scelera. רוּ נִחוּמָי
נֶהְפַּךְ עָלַי לִבִּי יַחַד נִכְמְ] Conversum est in me cor
meum. i.e. tangor poenitentia. Mutavi animū
meum et sententiam quam in te protuleram. Con
fer Psal. 105. 25. Nolo illas minas implere. Revocat
se animus meus, non agam qd ira dictat. Pariter
aestuant vel accensae sunt poenitudines meae.
Similis locutio Gen. 43. 30. 1 Reg. 3. 26. Aestuatio
hic Metonymice tribuitur poenitudini, quam pro
prie competit illi parti quae sedes est poenitentiae
et aliorum affectuum. Anthropopathia satis fre
quens. Personam induit Deus hominis altercantis
inter duo diversaque consilia. Alioquin hic per
plexa alternatio aut dubia cogitatio

tem, verumque Dei cultum: sic, ipsi tanto magis abierunt a conspectu eorum; i.e. terga obverterunt Prophetis.] Baalim] i.e. Dijs multis; ut Baal-peori, Num. 25.3. vel Vitulis: vel numini Sidoniorum, quod proprie Baal dicebatur, et forte honoris causâ Baalim; ut Elohim de uno Deo.

3 Et ego, vel ego autem ambulare feci pedibus Ephraim. Sententia est, assuefeci ad eundum seu ambulandum. Ego illos ab initio formavi diligenter, sicut pueri docentur ire pedetentim. Vox תִּרְגַּלְתִּי est ἅπαξ λεγόμενον. Est verbum, et תִּרְגַּלְתִּי pro הִרְגַּלְתִּי. Mixtum est ex fut. et praet. qualia sunt תִּתְעַנִּי, 1. Sam. 21.2. וַתָּבֹאתִי, 1. Sam. 25.34. In Graeco redditur συνεπόδισα, i.e. impedivi, illaqueavi, compedibus colligavi, ut nutrices faciunt; quae dum ad incessum informant infantes, plostellis imponunt, et muniunt serperastris. Significat populum suum indulgenter a se tractatum, et multis beneficijs cumulatum, sed sine profectu.

קָחָם עַל] portabam in brachijs. Vox קָחָם alij volunt poni pro לְקָחָם ob gutturalem, infinit. pro praet. et vertunt accipiendo vel prehendendo eos. similis תִּתָּה dedisti, posuisti. More eorum, qui parvulos in primo incessu dirigunt. Infantes enim per brachia tollunt et sustinent, ut ita firmati audacius progrediantur: ita egomet Ephraim egi. Alij volunt esse participium Benoni ad formam קֹחָם et remoto affixo est קֹחַ, a verbo quiescente קוּח. Praeteritum extat Ezec. 17.5 קָח עַל accepit vel acceptum tulit super aquas multas. Et nescierunt. Nescire dicitur, qui gratiam non refert. Et λιτότης est: innuit eos animo fuisse erga Deum non solum oblivioso sed ingrato. Quod curarem vel sanos conservarem eos: a morbis sc. Aegypti. Exod. 15.26. Vel quod eduxerim eos a servitute. Non satis intellexerunt hoc ideo tam studiose a me

n n n n n

fieri, ut eos ab Idolis abducerem

4. בְּחַבְלֵי אָדָם] funibus hominum traxi eos. Vult dicere, hu
maniter eos habebam, et amicè tractabam; ut homines,
qui humanitatem non exuerunt, agere solent cum homi
nibus. Funes hic sunt vel 1 leges aequae, quibus con vincu
lis constringuntur homines; vel, 2 promissiones et be
neficia quibus maximè trahi solent homines. Et fui ut
qui levant, vel qui amovent a collo רוֹם (potius הָרֵם
non rarò vertitur per αἴρειν, ἐπαίρειν, ἐξαίρειν) iugum (vel
capistrum: non enim iugum, sed capistrum maxillis
animalium imponi solet) super maxillas eorum. Haec no
na est comparatio ab Agricola sumpta, qua liberationē
ab Aegypto designat. Quaerunt, quomodo iugum maxil
lis boum competit. Respond. Vel maxillae sive fauces
pro collo sunt accipiendae: vel potius dicendum, iugum
ibi olim non fuisse alligatum cornibus, sed collo impositum,
et boves humeris traxisse aratrum: tum etiam fre
num aut capistrum maxillis addebatur, quod iugo addi
tum aut ligatum, partem ipsius facit, et eodem nomi
ne censebatur. Sensus loci, cum frequenter laboran
tem laxavi. Dedi eis tempora otij et laetitiae. אֵלָיו
וְאַט] et admovi ei cibum. נָטָה inter alia signif. addu
cere, admovere. אַט Est futurum apocopatum pro
אַטֶּה.

5. Non revertetur (nempe Ephraim) in terram Egyp
ti. Videtur haec sententia illi contraria, Hos. 9.3.
Redibit — in Egyptum. Verum ibi de voluntaria
quorundam profectione loquitur; hic de coacta to
tius populi deportatione, quae ab Assyrijs non Aegyp
tijs facta est. Iam non ultrà recurret ad Egyptum
opis causa, ut antehac fecit. Quoniam renuerunt
converti, sub. ad me Deum, quamvis tot modis a Pro
phetis revocarentur.

h. e. in actionibus tuis, in consiliis, inventis et institutis
tuis; in novis legibus et foederibus: in cultu sive reli-
gione tua; ut via sumitur Act. 18.25, 26. Sensus est,
Deo contempto, tui mores tibi placuere. Transit a plu-
rali ad singularem: nam utroque uti solemus cum
corpus aliquod ex multis constans alloquimur. Et in
multitudine fortium tuorum] i. e. militum. Synecdo-
chicè omnes eorum vires significat, castra nempe et
munitiones, ut patebit in vers. sequent.
14. Consurget tumultus שָׁאוֹן, tumultus bellicus, vox cla-
moris, fugite, fugite. כְּשֹׁד sicut vastavit Salman
Beth-Arbel, vel Arbelitida, sic dictam ab oppido Ar-
belorum, quod Darij clade celebratum est. Regio haec
erat Assyriae infra Arpadum, a Salmano occupata ea ex-
peditione quae perstringitur 2. Reg. 18. 34. et 19. 30.
Salmana rex Midianitarum, Jud. 8. 5. citat domesti-
cum et recens exemplum. Historia tunc nota, nus-
quam alibi extans. Salman hostis tunc celebris, etsi
alibi non sit ejus mentio. Al. Salman est vox trun-
cata pro Shalmanasar, qui Hoseae tempore rex Assy-
riae fuit. Similia alibi exempla occurrunt. Esa. 15. 2.
Bamoth pro Bamoth Baal, et Chamath pro Chamath
Dor, Jos. 19. 35. Sic priore vocis parte amputata dicitur
Aven pro Beth-Aven, et Meon pro Bethmeon. Putant
Salmanasari victoriam aliquam ad Arbela obtigisse.
Verùm haec scripta sunt ante Salmanasaris tempus,
si modò notatio temporis initio libri scripti ad totum
librum pertinet.] רֻטָּשָׁה ubi mater cum filiis, vel ad si / allisa
cio; fuit solo: quae propria significatio verbi רטש. Loquen-
di genus proverbiale significans occidionem talem in qua
non sexui, non aetati parcitur.
15. Sic fecit (vel faciet) vobis Bethel] i. e. vitulus Be-
thel. Idolatria, cujus sedes Bethel, causa erit ut simi-
lis vobis eveniat calamitas. מִפְּנֵי רָעַת רָעַתְכֶם propter

n · n · n · n

malitiam malitiae, i.e. propter summam malitiam ves-
tram. רֹ בַּשַּׁחַר in aurora, i.e. mature, statim, cito, ut sol
30.6. riam aurora ragente oritur: vel, ex improviso; vel in
ipsis regni initijs.

C. XI.

1. Cum puer vel Adolescens (vox נַעַר sign. infantem, post adolescentem, et saepe ministrum ac servum) Israel esset, i.e. cum dum ageret in Aegypto: quae aetas prima fuit populi, Ezech 16.5. et 23.3. siquidem ut homines, ita etiam respublicae suas aetates habent. Et dilexi (Conjunctio abundat, ut saepe) eum (cujus argumentum erat eductio cum alijs innumeris beneficijs) et ex Aegypto evocavi, accersivi (sic קָרָא saepe ante lamed saepe significant accersere, i.e. vocare quidem non, sed absentem, per nuncium, Gen. 31. 4) filium meum. olim Israelem Dei filium et quidem primogenitum dictum Exod. 4.22. prae alijs populis sc: ut esset mihi vice filij: postea caput populi christum, cujus figura in hoc erat ~~[illegible]~~. Propheta hoc de vetere populo, Evangalista (Mat. 2.15.) de christo intelligit. Utrumque verum. qui illa huius typus et figura hac in re erat. Nam Israelem per Mosen ex Aegypto accersivit, christum per angelum. Sensus loci est, Cum, i.e. quamvis Israel puer fit, h.e. imbecillis, imprudens, tamen dilexi illum, idque gratuito: ideo (τὸ ⁊ hic illativè sumi certo notatum) ex Aegypto vocavi, i.e. vocare decrevi, filium meum, qui illius curam susceperat: q.d. eundemque ipsi destinavi in Messiam; ergo non possum universum Israelem delere. Statuitur ergo hoc loco fundamentum omnium consolationum, ne electi in populo desponderent animum, et spes exhibetur restitutionis ~~in hoc~~ sub Messia.

2. Vocaverunt pro sicut vocaverunt (altera comparationis particula interdum omittitur) eos, i.e. Israelitas, Prophetae sc: ab Idolatria ad resipiscentiam, et pieta-

li poenas sustinebit, sed mitiores quam Ephraim. Laborat bos, sed ex labore sustentatur, et se nocturna quiete reficit. Ita indulgebit Deus bovi suo. Alij Juda et Jacob pro ijsdem accipiunt, nempe pro regno duarum tribuum, quod saepe arabit et occabit Regno decem tribuum, quia saepe Hierosolyma ab Israelitis oppugnata fuit et vastata, et Judaei vexati sunt, maxime sub Joatham et Ahaz, 2 Reg. 15. et. 16. Esa. 7. sub quibus prophetavit Hoseas: tunc arabat Juda, dum Ephraim lasciviebat pro libidine. Ostendit ergo Deus ^diu^ se patienter expectasse Ephraimum, ipsique pepercisse et valut dissimulasse quae in fratres suos Judaeos tyrannice moliebatur, concessisse etiam ipsi victorias; nec tamen propterea revocatum a sceleribus suis.

12. Seminate vobis in justitia. Seminare in justitia est dare operam justis operibus, pietatis in Deum, et misericordiae in proximum; quae utraque in S. S. Justitia vocatur. Hortatur eos ad poenitentiam. קִצְרוּ לְפִי חֶסֶד] Metite vel potius metetis (Imperat. pro fut. ut hoc fut. et vivas i.e. si hoc) Deos vel in ore misericordiae, vel, beneficentiam, h. e. benigno et pleniore mensura quam seminastis. Tò לְפִי, sive פִּי ut est in regimine, additum particulis ל, כ, עַד, tantum πλεονάζει. לְפִי et עַד פִּי saepe idem est Hebraeis quod Graecis κατά. Et sit promissio: q. d. si ita seminaveritis, amplissimos fructus colligetis a Deo. Metere est referre mercedem.] Innovate, novate, vel novellate vobis arationem, vel arvum. Tò נִיר est νέωμα, ager novalis. Eadem phrasis Jer. 4.3. Postquam hortatus est ad arandum, iam addit eos similes esse agris diu incultis et desertis, ubi creverunt spinae et aliae noxiae herbae, ut non satis sit semen iacere, donec praeparati fuerint. Opus ergo est duplici ^a^ratione, et vocatur illa duplex labor novatio. Poenitentia est praeparatio terrae, aratio et quasi innovatio.

Nam tempus est requirendi Iehouam, quem amisistis
et a vobis abalienastis. Nondum vobis praeclusa est salu
tis via; quae tamen tandem claudetur, si contemnatis
tam benignam Dei invitationem. Cuiusmodi verbis
Prophetae duo simul sibi proponebant: 1. ut spem salutis
facerent peccatoribus, modò redirent ad Deum: 2. ut me
tum ijs incuterent, nisi maturè redirent.] עַד יָבוֹא
donec veniat. Sed quisnam est hic Domini adventus? Sa
tis notum est, Deum, qui recedere dicitur ab hominibus
quum illos sua gratia et benedictionibus destituit, veni
re aut redire dici illapsu gratiae suae. alijsque beneficijs
et doceat vos iustitiam, vel pluat aut depluat su
per vos iustitiam. Iustitiam hic vocat fructum Iustitiae,
ut 1. Sam. 26. 23. Sic peccatū accipitur pro poena pec
cati. Sensus itaque loci est, q. d. Persistite in operibus
poenitentiae, sic Deum quaerentes donec ad vos veniat,
i. e. gratiosae suae praesentiae testimonia vobis proferat
et doceat, i. e. manifestet iustitiam illam quam semi
nare vos exhortor approbatione sua, per gratuitam re
tributionem

13. Arastis iniquitatem] i. e. arando seminastis: nam iniqui
tas fuit semen mandatum terrae, bonorum sterilis ma
lorum ferax. Hic per Antithesin ostendit qualem se E=
phraim praestitit pro tanta indulgentia. Iniquitatem
messuistis] i. e. poenam peccatorum: ut ~~עון~~ עַוְלָה sae
pe sumitur. Pro sementa messis. Alias messis iniquitatis
accipi possit pro scelerum omnium proventu: quod ma
lim, quia totus hic versus in Israelitarum peccatis re
darguendis occupatur.] comedistis frugem mendacij, i. e. dolis
ac mendacijs usi estis. Inanes erant spes vestrae de commodis
ex Idolorum cultu percipiendis. Confisus es in vijs tuis,

iniquitatem expiati fuerint, multo magis excidi merentur Israelitae, qui non in uno loco, sed in duobus erexerunt vitulos, et idola sua multiplicarunt.

וְאֶפְרַיִם עֶגְלָה מְלֻמָּדָה אֹהַבְתִּי לָדוּשׁ] Et Ephraim est vitula vel similis vitulae quae docta est et diligit triturare. Adagium hoc non tam consuetudinis vim notat (quo alij referunt, et sensus similis sit illi Prov. 22. 6.) quam ostendit, eos qui semel se studio applicuerunt in quo plus est voluptatis quam laboris, vix ab illo se dimoveri sinere ad aliud in quo plus difficultatis est, et minus voluptatis. Triturabant veteres, non ut nos hodie, sed boves et vaccas seu vitulos in area circumagendo super hinc inde stratos culmos ut eorum ungulis grana excuterentur; vel plaustro seu traha, cui superimpositum erat onus, a bobus tracta frumentum excutiebant. Boves autem triturantes liberè vescebantur frugibus ad satietatem usque, et vetitum est ijs os obligare. Deut. 25. 4. Subest hic tacita comparatio inter arationem et trituram. In aratione plus est molestiae quam in triturâ, quia boves simul copulantur, et pariter coguntur: triturantes verò soluti. Sensus, q. d. Ephraim simulat aliquod obsequium, et praestat ubi facile est; sed non vult iugum subire, Deo ejus in solidum obtemperare. Amabant defungi cultu Dei facili et ipsis iucundo ac fructuoso, unde victus ipsis suppeteret, ut bobus triturantibus, qui tum pascuntur solebant. אֹהַבְתִּי est Benoni Kal cum י Paragogico, sine quo אֹהֶבֶת scriberetur. Simile גְּנֻבְתִי furto ablatum, Gen. 31. 19.

וַאֲנִי עָבַרְתִּי עַל טוּב צַוָּארָהּ] Sed ego transire feci (sub. iugum) super pulchrum collum ejus. Varie explicant. Transeundi verbum hic sumitur in malam partem: q. d. Ego collum ejus perdomui. Quoniam Ephraim erat bos pingui collo, et satis robustus ad ferendum

n n n n

iugum, et tamen amaret suas delicias, et iugum recu-
sat; ego afflictionibus tentavi, an posset domari talis
ferocia, quia videbam eum non aliter ad obsequium
adduci posse. Verbum עבר עָבַר quando de Deo dicitur, sem
per plagas et adversa significat. Quod verum est quan
do cum ב construitur, ut Amos 5.17. At quando cum ל aut
על construitur, transire pro non punire, vel dissimu
lare, ut Proverb. 19.11. Amos 7.8. Alij itaque locum
in bonam partem accipiunt. Cum esset collo pingui,
non habui eam durius et inclementius, sed indulsi ei
licet arare nollet. Hac phrasi denotatur prosper eius sta
tus: collum eius erat pingue et torosum, non afflictum
et exulceratum a iugo: q.d. externam illi prosperita
tem et opulentiam indulsi, non duriter tractavi prome
ritis, sed ei peperci, ne premeretur iugo servitutis,
vel subijceretur, ut olim, Judaeis.] אַרְכִּיב אֶפְרַיִם]
equitare faciam (vel feci, fut. pro Praeter.) Ephraim,
nempe equis vel bobus arantibus, ut arator dirigens boves.
Equis vel curribus vehebantur Agricolae. Significat hic
vel regiam Ephraimi dignitatem: vel 2. altam pacem,
qua securi ab hostium metu operibus suis rusticis incumbunt
cum spe futurae messis. Al. equitabo vel inequitabo, i.
e. insidebo, ut solet qui trituranti iumento insidet: vel
nunc durius illum tractabo, curando sc. ut captivus abdu
catur.] יַחֲרוֹשׁ יְהוּדָה יְשַׂדֶּד לוֹ יַעֲקֹב] arabit Jehudah, occa
bit sibi vel confringet glebas Jacob: qui hic accipitur pro E
phraimo vel Israele a Juda distincto. Sensus est, non par
cent Judae, sed is quoque cogetur et arare et occare, i.
e. molestiam sustinere a Babylonijs. Minor tamen erit
haec molestia quam decem tribuum, quae nec rem habue
runt, nec spem liberationis: sicut minus molestatur bos
qui arat et occat, ~~quam~~ quam equus quum equita
tur praesertim a sessore rigido. q.d. Reliqua pars popu

Dicent montibus כַּסּוּנוּ operite nos] vox despe-
rantium, vel mortem optantium. Quærent late-
re vel in abstrusissimis specubus, Esa. 2.19. Luc. 23.30.
Apoc. 6.16. Extremis malis afflictabuntur.
9 מִימֵי Inde a diebus Gibeah peccasti Israel. Non
novum est quod scelera, quamvis magna, conspiciuntur in
posteris Jacobi: apparuit id jampridem in Gabaa. vid. supra
9.9. Inde usque ad hoc tempus corrupisti in peccatis. Expro-
brat eis quod non nuper corrupti sunt, sed a diebus Gibeæ.
Alii locum aliter vertunt. Præ diebus vel magis quam in
diebus Gibeæ, i.e. gravius quam Gibeonitæ illi, Jud. 19. Apud
Hebræos non sunt comparativa nomina, sed illorum loco
מ aut מִן sæpe præponitur: ut Ezech. 16.52. Sceleratè
egisti ab eis, i.e. præ eis.] Ibi steterunt, et non apprehen-
dit, vel assecutum est eos prælium in Gabaa. Sensus est,
ibi steterunt Israelitæ, i.e. non fuerunt dejecti et per-
diti Majores tui, quia erant qui scelera punirent: non
facti sunt captivi, cum socii essent scelerum vindices: nam
ultimo prælio victores fuerunt, Jud. c. 20. At in isto bello
quod jam paratur et imminet illis, non erit par successus,
non stabunt in acie, aut vincent, neque victi semel aut
bis prælium instaurabunt, quin potius cadent prorsus.
~~Illo~~ Prælium in Gibea, gestum erat a Beniaminitis (qui
sunt Gibeonitæ) contra Israelitas, in quo illi prima
et secunda vice victores sed ultimum ab his penitus de-
bellati sunt, et prope ad internecionem deleti.
10 בְּאַוָּתִי וְאֶסֳּרֵם] In desiderio meo ut corrigam, vel casti-
gem, vel vinciam eos. Thema est vel ab אָסַר vincio,
quod in fut. facit אֶאֱסוֹר et contractione forma אֶסֹר,
unde אֶסָּרֵם, altero aleph in dagesh commutato. Ver-
bum ex יָסַר et אָסַר compositum est, et anomalia est
punctationis, quæ non usitatam sed severiorē pœnam
notat: Verbum אָסַר idem valet quod יָסַר corrigere;
ut contrà יָסַר alibi valet אָסַר ligare. Similiter אזן

et יָחַד nonnunquam idem valent; atque etiam אָסַף
et יָסַף. Tenet me desiderium castigandi eos: nam improbi-
tas eorum ad summum pervenit.] Congregabuntur וְאֻסְּפוּ
et vel nam, vel ideo. ו non est copulativum, sed illativum,
ut alibi passim. Congregabuntur (non fortuito sed me
duce) contra eos, i.e. Israelitas et Judaeos (ut percipi-
tur ex sequentibus) populi] Assyrii et Babylonii.] cum
בְּאָסְרָם לִשְׁתֵּי עֹנֹתָם ubi colligaverint sese: vel postquam
ligavero eos in duobus sulcis suis. Dicuntur in duobus sul-
cis arare, vel 1. qd claudicent in utramque coxam, Deo et
Idolis servire volentes. Bos non bene arat, si ab uno sul-
co in alium progrediatur. Vel 2. qd Israel et Juda se con-
iunxerint, et unanimi consensu coeperint colere vitulos.
Quum ligavero eos, mihi eos subijciens non secus ac par boum
in duobus sulcis arantium. Simul iungit quorum Ephraim
et Juda, quia abducto Israele Juda graviter afflicta est.
עֹנָה sulcus alibi non occurrit. Al. Tò Kari est עוֹנֹתָם, sed
Tò Katif est עֵינֹתָם oculos: quod nos sequendum arbitra-
mur, et vertimus, conspirantes in ambos oculos ipsorum.
Refero ad עַמִּים, ut sensus sit, congregati sunt adversus eos
populi in ligando se, i.e. facta liga et conspiratione, ut
ambobus oculis eos privarent: qd est extremae miseriae.
Al. postquam castigavero eos, vel in corripere eos,
propter duas iniquitates, vel geminum peccatum ipso-
rum. Tò Kari ~~[illegible]~~ עוֹנֹתָם accipiunt pro עֲוֹנֹתָם iniqui-
tates ipsorum. Sed quaenam fuerint hae duae iniquitates?
Resp. 1. Illae de quibus Jerem. 2.13. Duo mala fecit popu-
lus meus. Sed de Judaeis agebat Jeremias, et duo illa ma-
la ad unam iniquitatem referuntur. 2. Scortatio corpora-
lis et spiritualis; quum illa Gibeonitarum tantum cor-
poralis erat; ideoque hi illis gravius puniuntur. 3. Duo vi-
tuli Danae et Bethele adorati, in quorum cultu pecca-
vere: nam vitulum appellari iniquitatem, peccatum
ante notatum est. Et fortasse duas opponit uni Gibeo-
nitarum; ut sit sensus, si Gibeonitae propter unam

sordes Idolatriae imbecillas esse in locum antea
Deo consecratum, et tot monumentis favoris di
vini erga patres insignitum, Gen. 28 et 35. Sed
cur meminit Samariae? non enim ibi vituli, sed in
Dan et Bethel colebantur. Quia haec erat caput
~~vituli~~ regni, eiusque incolae erant vitulis addictis
simi, quos pavor ingens tenuit post excidium
Bethelem (nam Bethel et Dan prius captae quam
Samaria, quae iam tota terra capta, tribus an
nis est obsessa) cum viderent nihil amplius spei
superesse in vitulis quos tanta religione coluerant
Notè dicit שְׁכַן qd est nomen constructum ex שָׁכֵן,
quod magis vicinum notat, ut possis reddere vici
ni Samariae: nam habitatores usitate יוֹשְׁבֵי di
cuntur. Sensus est, propter vitulum quem colu
erunt in Bethel nullus habitare audebit in Sama
ria: tam crudelis depopulatio in illa provincia
accidet. [וּכְמָרָיו עָלָיו יָגִילוּ עַל־כְּבוֹדוֹ כִּי גָלָה מִמֶּנּוּ]
Et sacerdotes sive sacrificuli eius qui super eum
exultaverant, vel exultare solebant: nam fut. Heb.
pro praes. poni solent, qd fit: victimis illis oblatis ve
scerentur: super gloria eius (repete lugebunt a no
bis praeced.) quia migravit ab eo. Gloriam vocat
Oes. gemmas et ornamenta vituli. Nos explorandi,
migravit gloria: qd. A nobis recessit quicquid erat
in Idolis magnificum. Supponitur hic introducun
tur sacerdotes sacrificuli, quibus cultus ille quaestu
osus erat, ideoque in eo exultarunt: non tamen aliqui
illuduntur, qui etiam in his inventis mire laetati
sunt.
6. Siquidem ipse (non populus modo sed et vitulus
uterque vitulus) ad Assur ducetur in munus vel pro no
mine regi Jareb i.e. regi Assyriorum: quem su

n n n n n

vocat, quia cum esset potentissimus, profiteba
tur se inferiorum iniurias ulcisci, sumpto fortasse ulto
ris nomine (id n. vox Jareb denotat) ut hodie dicitur
rex Christianissimus, rex catholicus. בָּשְׁנָה pudorem
Ephraim percipiet, vel quia Regno privabitur; vel
quia conspiratio eius cum rege Egypti eum fallet.
Et erubescet Israel propter consilium suum: i.e.
1. vel propter fraudem sacerdotum, qua deprehensa
Rex contumeliis afficiet Israelitas; vel 2. propter con
spirationem cum Egypto contra Assyriam; vel 3. ~~pro~~
de constituendis vitulis: quod sibi valde utile putabat Je
roboam, abscissa se: omni cum tribu Judae communica
tione. Nam si decem tribus coluissent verum Deum
Jerosolymae, illa coniunctio poterat facere ut rursus
coalescerent. ~~Succisus est vel excinditur Samariae~~
~~rex~~

7. Succisus est vel excinditur (i.e. transibit) Samariae
rex ut bulla in aqua. קצף est spuma vel bulla
sic dicta a verb. קצף fervere, bullire, quia fervoris et
ebullitionis effectum est bulla, deinde spuma: nam
spuma ex bullis. Aptissime denotat momentaneam
vanitatem; nam citius fere non assurgit bulla, quam
evanescit. Unde proverbium, homo bulla. Confide
bant Israelitae tum in urbe Samariae, quae muni
tissima erat, tum in rege suo. Praedicit ergo et re
gis et regiae excidium.

8. Excelsa Idoli Aven, pro Bethaven, per Aphaeresin,
ad maiorem ignominiam. Excelsa et ut colles illi
in quibus Idola colebantur, luci et altaria in excel
sis. Peccatum Israel, i.e. objectum Idolatriae Israe
liticae. Spina et tribulus, argumentum vastitatis, ut
11. S. 9. 6.

Mammonem. vel 2. inter varia idola, dum
unus hoc, alius illud eligit: hic vitulos, ille Baa
lem. vel 3. partim deum, partim idola colen
do. vid. 1. Reg. 18.21. Quousque claudicatis?
יֶאְשָׁמוּ׃ עַתָּה nunc desolabuntur, vel peribunt. τὸ
אשם refertur tam ad pœnam, quam ad culpam
Al. culpæ convicti erunt, rei peragentur. Ipse
(compe Deus repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ) ipse faciet
autem hoc per Assyrios. confringet vel vastabit
aras eorū.

3. Quia nunc i.e. brevi, cum ss. punientur, vel
in urbe Samaria obsidebuntur, vel in captivitatē
abducentur) dicent, non est nobis rex: quia rege
privabuntur. Al. dicent, non est nobis rex: i.e. su
mus perinde ac si regem non haberemus: non e
nim potest nos eripere ab inimicis nostris. Et rex
quid faciet nobis vel pro nobis. Quid prodesse po
test, nobis opitulari non poterit, cum habeamus De
um adversarium.

4 דִּבְּרוּ דְבָרִים אָלוֹת שָׁוְא כָּרֹת בְּרִית locuti sunt
vel verba dederunt, sub. int. ss. Audacter et juramē
filia vastarunt, ut soleat dei contemptores, qui
quid in mentem venit statuerunt pro arbitrio
suo: neque enim dignantur ex ore dei sciscita
ri quid vetitum sit. Jurando mendaciter, vel in
vanum. אלות pro אָלוֹת ut alibi כָּפוֹת pro
feriendo vel pangendo foedus cum pactum. Jam
it hic foedus, vel 1. de relinquendo Domino et ca
enda idolatria: qd accidit cum decem tribus cu
Jerobeamo se a religionis segregarunt. vel 2.
cum Domino renovatum. Visi sunt velle ad De
um redire, et iurarunt Domino, sed falsō.

Ak Ak n n

vel 3. cum Salmanassare, cui iurarunt, se tributu[m]
quotannis ei daturum, sed periuri facti sunt 2 Reg.
17.3.4. vel 4. cum Rege suo. cum regi fidem iura
mento pollicebantur, ut moris erat, nihil minus co
gitabant quam de eo observando. שְׁפָט עַל תַּלְמֵי שָׂדָי
וּפָרַח כָּרֹאשׁ מ] et propterea germinabit sicut
venenum, absynthium vel fel, vel cicuta, vel
Toxicum. ראש Hebraeis propriè significat caput,
et Metonymicè venenum, qd capiti aut dentibus
serpentis inest; vel venenum capitale et mortife
rum: deinde generalius venenu[m] herbarum, aut
herbam venenatam, qualis est cicuta aut simi
lis aliae. Sensus est, poena ita abundabit ut solet
in agris herba venenata. Incredibile dictu, quam
citò talis herba pullulat, et brevi totos agros oc
cupat initio citò ocupat. Huic comparatur poena
copiosissima et indies augescens, quam Dominus
impijs irrogat.

5. לְעֶגְלוֹת בֵּית אָוֶן יָגוּרוּ שְׁכַן] propter vitulas (vel vitu
lam, aureum scil. illum Jerobeami) Bethavenis
(i.e. Bethel, quam sic vocat ignominiae causa)
pavebunt vel exulabunt: nam גור sign. time
re et exulare.) habitator vel habitatores Sama
riae. Quaeritur hic et in alijs Prophetarum repre
hensionibus, Bethelis saepe fit mentio, Danis
tam rarissimè, ut Jer. 48.13. Resp. 1. quia Be
thel propior erat Hierosolymae, et eius proximè
mala; Dan verò in loco remoto, et Judaeis vix
cognito. 2. Et praecipuè, qd scelus gravius esset,

fructum in filio...
ligit, qu...

Resp. 2. Est praedictio, vel maledictio, siue im
precatio. sed cum Propheta calamitosis calamita
tes imprecatur. Resp. consideranda sunt. sunt et
populi peccatum (quod tale erat ut pro ijs orari nō
possit, quum admoniti pertinaciter peccarent) et
singularis Prophetae vocatio, qua iubetur diuini
tus populo imprecari.

15 Omne malum eorum est vel fuit in Gilgal.
Intelligit duo mala quae admiserant in Gilgal.
1. Regem ibi petiuerunt. 2. ibi coluerunt Idola.
Gilgal erat locus celeberrimus. Amplificat ita
que crimen Idolatriae a subiecto. q.d. Non quan
tum mutatus ab illo locus est, qui dictus est (Gil
gal) a peccato amoto, siue probro Egyptiorū
abolito, quum ibi populus peccata cumulat Id
olatria. Ibi Idolatriam instituerunt, ubi diui
norum beneficiorum maxime oportebat memi
nisse. De domo mea ejiciam eos: intelligo vel
1. de possessione et haereditate mea, de terra pro
missa, vel 2. de familia mea. q.d. ego vos pror
sus abdicabo. Col Sarehim sorerim, omnes prin
cipes eorum sunt refractarij, perfidi vel defecto
res. Principes i.e. omnes populi praesides, tam po
litici quam Ecclesiastici, populo fuerunt offendicu
lo et scandalo, et duces ad omne malū. Elegans
hic Paronomasia inter Sarim principes et Sorerim
rebelles.

16 Percussus est Ephraim pro percutietur sc. sterili
tate. Radix eorum i.e. vis genitrix. fructum

m m ~ m m

non proferent, i. e. liberos ~~non~~ bois gignent. In hac Metaphora pergit, qua liberi vocantur fructus. Hinc uxor fœcunda vitiferaci confertur. Interficiam מַחֲמַדֵּי בִטְנָם desideria vel desiderabilia ventris eorum, i. e. natos, liberos desideratissimos.

17 Erunt vagi in nationibus dispersi inter gentes illas a quibus expugnandi erant. Vid. 2. Reg. 15. 29. 1. Par. 5. 26.

C. 10.

1 גֶּפֶן בּוֹקֵק יִשְׂרָאֵל Et vitis vacua est Israel. tanquam vitis inanis est, i. e. quæ caret succo vel humore radicali; vel vacua cultoribus. פְּרִי יְשַׁוֶּה־לּוֹ verumtamen fructum ponit vel edit sibi. Sensus est sibimet, non mihi domino serviunt. Nimirum est fructuosa (vitis sc.) sicquid profert, eo toto in libidinem suam abutitur, ut sequentia verba exponunt. Secundum multitudinem fructus sui (vel fructuum terræ suæ) multiplicavit altaria. Quo res fuerunt prosperiores, eò magis indulsit Idolatriæ. Pro facultatum accessione Idolorum et numerum et pretium augerent.

2 חָלַק Hoc verbum alij activum est: plerique vero quod rectius est Intransitivum vel reciprocum. Hinc variant. Impertitur cor eorum, sc. sacrificia Idolis. i. e. ipsi ex corde suo impertiuntur Idolis quicquid habent. Divisit cor eorum sc. Deus. Ex qua divisione cordis sequetur, quod iam desolabuntur. Al. Divisit se vel divisum est cor eorum vel i. a deo, a lege et timore dei, ferme volens Deo et

fructum in ficu (primas et praecoces ficus intel
ligit, quae ut cibo carent, ita gratissimae sunt Esa.
28.4.) vidi patres vestros: sed ipsi, cum ipsi tamen
inierunt ad Baal-Pehor (Idolum Moabitarum Num.
25.3. וַיִּנָּזְרוּ (varie reddunt) separaverunt se, vel
abalienati sunt, vel segregati sunt, addicti fuerunt
pudori vel pudendo i.e. Idolo pudendo, ac turpi. Idem
dicit alijs verbis. Talia ferme erant ὄργια τοῦ
Baalphegor, qualia apud Aegyptios Osiridis, apud
Graecos Liberi patris et Cereris. Et fuerunt שִׁקּוּצִים
Idola sic vocantur Hebraeis: et solet vox illa Hebraea
verti modo εἴδωλον, modo βδέλυγμα abominatio, modo
plaga i. inquinamentum: secundum amorem eorum,
vel ut ipsorum amor, i.e. adamati dii. Sententia
est, eis multa alia abominanda Idola fuisse, quae
pro arbitrio suo coluerunt, prout amore et quodam
libidinis furore erga ea abducti fuerunt.

11 Ad Ephraimum quod attinet, tanquam avis avola
bit gloria eorum. Per gloriam hic intelligunt,
vel 1°. Deum, qui populum desertum erat, v. 12. vel
2° opes et potentiam, vel 3°. foecunditatem, qua se iac
tabant, vel liberos, in quibus parentes gloriari et lae
tari solent. a partu, ab utero et a conceptu. Gra
datim exprimitur vindicta dei. Quatuor gradibus
filiorum interitus explicatur. Maledicti erant et mo
riantur, 1. a partu, i.e. infantes a matre recentes, re
cens editi in lucem. 2. ab utero, antequam in utero
gestati iustum tempus ad partum compleverint; a
bortient foeminae 3. a conceptione; ne in utero gra
vidato vivificentur. 4. ab educatione (de qua v. seq.)
cum se in pueritia ad aliquod tempus enutriti fue
rint. Haec omnia foeminae suae experientur.

~~m m m m m~~

~~ab eis~~ ~~gignunt~~ In recessu meo

בְּשׂוּרִי מֵהֶם quam recessero ~~ab eis~~ [illegible] ...tus. Hinc
ab eis, sc. natis: causam et originem
omnium malorum ostendit, nempe discessionem et i-
ram dei: ut contra ex favore dei oritur quicquid optabi-
le est. Scribitur hic שׂ loco ס; nam סור sign. recessit.
Sed frequens est illud Ἀντίστοιχον, quo literae unius orga-
ni et soni inter se permutantur.

12. Ephraim vidi ut Tyrum vel similem Tyro, לְצוֹר
pro כְּצוֹר) plantatum vel situm in habitaculo amoeno,
in pulchro vel specioso, sub. loco. Ut Tyrus fuit urbs
florentissima et inexpugnabilis, ita Ephraim, i.e.
decem tribus, sive respublica Ephraimitica. Ephra-
im comparat Tyro vel 1° qd huius exemplo Ephraim
se efferebat, vel 2° qd Israel vicina erat Tyro loco et
moribus, vel 3° ad commendationem regni Israelis.
וְאֶפְרַיִם לְהוֹצִיא Et Ephraim ad educendum (sub. para-
tus est, ut sit Ellipsis עָתִיד paratus saepe deficit ante
verbum Infinitum. Graece diceres μέλλει ἐξάγαγεῖν futu-
rum est ut educat.

13. Da eis vulvam vel uterum orbantem, abortientem,
sterilem, et ubera arentia. i.e. perde filios, antequam
dantur in lucem, aut postea prae lactis inopia in
mammis. &c. Sed quale hoc votum? Resp. 1. non
imprecatio est, sed poenae mitigatio quam eis pre-
catur, ut testetur sympathiam suam et charitatem
erga Israelitas, simulque ostendet mali magnitudi-
nem. Propheta cum audivisset futurum ut paren-
tes hostibus filios suos proderent, orat Deum ut
minori poena contentus esset, ut foeminae aborti-
ant, ne ulli sint quos lactent infantes

magno pretio comparabas, vertica possidebit, occupabit. Hisce verbis denotatur longa et diuturna vastitas.

7 Venerunt pro venient, dies visitationis, i.e. animadversionis Dei in peccata tua.] הַנָּבִיא כְּשֻׁגָּע אִישׁ הָרוּחַ
יֵדְעוּ יִשְׂרָאֵל אֱוִיל] Scient Israel stultum fuisse prophetam, et vesanum virum spiritus, i.e. afflatum spiritu non veritatis, sed mendacij.] Sensus est, miseram eorum experientia discant, se seductos fuisse a Prophetis stolidis, qui illis Laeta et pacem promittebant, cum contrarium evenire videant.] propter multum odium, vel multitudinem odij: quod vicesimo è applicant. Odium hic vocat, vel Idolatriam, quod eum oderit Deus; vel odium, quo Israel Deum et vates eius prosecutus est. Al. propter scelera tua, quibus Dei odium in te concitasti, et quae Deus odit.

8 Speculator Ephraim cum Deo meo, Propheta laqueus aucupis est in omnibus vijs eius, odio adversus domum Dei eius.] Locus obscurus et varias interpretum opiniones. Dixerat paulo ante, Israelitas honorifice expulisse prophetas fanaticos, et ab eis deceptos fuisse. Contra hic dicit, quod speculatorem Ephraim cum Deo ita cicum loquitur verum Prophetam, quem sui insidijs appetiverint. Speculator et Propheta sunt nominativi absoluti, quales plurimi sunt, ut infra v. 11. Ephraim, gloria eorum. Sic Salustius, plebs urbana, ea vero praeceps erat. Sententia est, quod ad eum attinet, qui speculator Ephraimi est cum Deo meo, h.e. fideliter et piè suo munere ex mandato Dei fungitur quod (inquam) ad prophetam attinet, verum sc. et spiritu Dei praeditum, omnibus vijs illum ad eum irretiendum laquei tandem

m m m m

tur ab impijs. Tantum aberat, ut eos quo docerent amo
re prosequerentur, ut etiam maleficiis machinati
sint. Vel 2. hic locus capi potest de prophetis fal
sis. Antithesi utitur. Prius, veri Prophetae, Elias, Eli
saeus et cet. reprehenderunt Idolatriam, et verum Dei
cultum docuerunt: nunc verò speculatores et vates
occasio sunt errorum et impietatum, ponunt laqueos
populo, dum student populum a cultu dei avocare,
et ad errorem trahere; idque hoc praetextu, quasi dei
veri essent nuncij: מַשְׂטֵמָה a verbo שָׂטַם odium vel
adversatio in domo dei sui vel eius: Ephraim putâ,
ubi erat hic viam dei docendus. Per appositionem de
falso propheta intelligitur: qui nihil aliud egit
quam quod inimicitias seminavit inter populum et
Deum. Al. odium in (i.e. contra) eadem dei ipsius,
videlicet prophetae veri. Aliud (inquit) ei laqueos ten
dunt, id fit odio dei quem venerantur.

9 העמיקו שחתו ad verbum, profundaverunt, corruperunt,
h.e. profundè corrupti sunt, vel corruperunt vias suas.
Hebraismus est. In tali enim verborum coniunctione
saepe prius adverbij loco ponitur, ut Hos. c. 5. 11. voluit
iuit, h.e. voluntariè iuit. Sicut in diebus Gabaa] i.e.
ut corruperunt se Gibeonitae. Historia est Jud. 19. 16.

10 Quasi uvas in deserto (subl. vasto, ubi nihil crescit)
inveni Israel, i.e. patres Israelitarum, quum eos in
populum peculiarem adoptavit. Uvae in deserto, pro
verbiale est de re rara et cara, et desyderatissima. Tam
suavis et gratus mihi fuit Israel, quam gratae sunt
uvae peregrinanti per desertum. בִּתְאֵנָה בְּרֵאשִׁיתָהּ
כְּבִכּוּרָה quasi fructum maturum, vel primum

dus mandato dicitur, qui Domini spem frustra
bur, et alibi, spem mentita seges.

3 Sed revertebatur Ephraim in Aegyptum] Unde ego
eos eduxi. Namque quia multi de decem tribubus ad
primum adventu Salmanasari in Aegyptum se
recepere. Factum est hoc cum Johanan, 2 Reg.
25. 26. Eo redibant, et contra mandatum Exod.
14. 13. et iuxta maledictionem Deut. 28. 68. Et licet
sponte hoc fecerint, horrori tamen iis esset si sape
rent, quum scirent quam duriter ibi habiti fuerint.
Et in Assyriis (a quibus opem petiverant, Hos. 7. 11.
iustum dei iudicium) vel inter Assyrios, sub quibus
servi vivent, impuri cum impuris) pollutum vel im
mundum comedent, i.e. vel Idolothyta, vel cibos
lege vetitos. Merito hoc supplicii loco ponitur. Vide
sis Dan. 1. 8. 2. Maccab. 6. 18. Act. 11. 8. Iam gen
tium more vivent. Ex hoc effecto vel adiuncto cap
tivitas arguitur.

4 ולא יֶעֶרְבוּ־לוֹ זִבְחֵיהֶם כְּלֶחֶם אוֹנִים לָהֶם i.e. non erunt
ei grata sacrificia eorum, tanquam panis lugen
tium (sub. sunt vel erunt) eis. Panis hic erat de
cadavere, aut ad cadaver pertinens, ideoque come
dens eum polluebatur, nec poterat intrare in domum
domini. Sensus est, si victimas offerre velint, non e
runt Deo gratae, quia contra legem, in solo pro
fano: ideoque qui comedent de eo, namque sacrificio,
impuri erunt; et statim seq. ולא כִּי לַחְמָם לְנַפְשָׁם
quia vel nam panis vel cibus animae eorum
vel pro anima eorum, vel vita eorum. Per
animam intelligunt, vel. quo aluntur, qui vitae eo
rum sustentandae destinatus erant, quo sese oblect

bant, vel 2° quem offerent pro expiatione animæ suæ non intrabit domum domini, a qua procul ex terras aberunt.

5 Quid facietis in die solemni, in die festivitatis Domini? Per diem festum hic intelligit stata festa, sc. Pascha, Pentecosten. Idem dicit quod ante, inter gentes captivi eritis, sine templo, cultu et festis vestitis. Quid facietis? sc. cum eritis in exsilio. Extorres eritis, nec poteritis Jovæ solennia celebrare. מוֹעֵד sæpe dicitur de Paschate, et illis diebus quibus ex omni terra in Templum convenire lex præceperat. Exod. 13. 10. et 23. 15. Levit. 23. 4. חַג verò latius patet, ut apparet Jud. 21. 19. Ezech. 46. 11.
Sensus est, Dominus auferet vobis totum cultum suum, omniaque testimonia præsentiæ suæ.

6. Profecti sunt הָלְכוּ abibunt vel abituri sunt, in exilium in Ægyptum, ut mox sequitur. Præt. pro fut. ut significet rem certò et brevi futuram. מִשֹּׁד a vastitate vel propter vastitatem, terræ ipsorum ab hostibus illatam. Ægyptus congregabit eos] ad sepulturam sc. ex collatione membri sequentis. Memphis (hic Moph, alibi autem Noph Esa. 19. 13. nam Mem et Nun alternant) Græcis est Nilopolis, quæ tunc urbs regia in Ægypto: hodie vero, ut putant, Cairo. Sepeliet eos, ἑξηγησις est membri præcedentis. מַחְמַד לְכַסְפָּם קִמּוֹשׂ יִירָשֵׁם] varie reddunt: desiderabile, vel desiderium, vel desiderabiles domos, argenti eorum sive sui i. e. domos magnificas atque sumptuosas in quibus reponebant pecuniam suam, vel domos

De Hoseâ praenoscenda. Is omnium Prophetarum minorum difficillimus, quoad dictionem, ut Zachar. ob visiones. Prophetavit Hoseas Israelitis, ut Esaias et Michaeas circa idem fere tempus, Judicis. Occasio horum concionum fuit, q(uo)d Israelitae, cum maxime florerent sub Jeroboamo 2. Reg. 14. 24 sibi in peccatis blandiebantur, in quibus ne perirent, Deus per Hoseam eos monuit. Dividi potest hic liber in conciones legales usque ad c. 11. (Eae autem sunt vel typicae, vel absolutae) et Evangelicas a c. 11 ad seq. Quod tamen non omnino exclusive intelligendum, sed κατ' ἐξοχὴν, et Synechdochicè. Indubiè prophetavit Hoseas annos supra 60, et multo plures ex nonnullorum sententia. Itaque multos habuit Prophetas συγχρόνους, ut Esaiam, Joelem, Amosum, Abdiam, Jonam, Michaeam; viditque populum Israeliticum florentem, et vidit eiusdem partem non exiguam translatam per Tiglath Phalasarum. Incepit Prophetare sub finem regni Jeroboami eius nominis Secundi, qui fuit a filio Nebat diversus. Vid. 1. Reg. 11. 26. 2. Reg. 13. 13. et 14. 23, 24. Amos 7. 9. 10.

L L & L

Annotationes quaedam breves et succinctae in Prophetam Hos. c. 9.

v. 1 אַל־תִּשְׂמַח אֶל־גִּיל: ne laeteris (Israel) ad exul-
tationem, i.e. magnopere, affusè. No-
li tibi placere in rebus prosperis. כִּי זָנִיתָ quia
scortatus es se recedendo a Deo tuo: quod Deos co-
las alienos, ut tibi frumenta suppeditent. Dilexi-
sti אֶתְנָן עַל כָּל־גָּרְנוֹת דָּגָן mercedem super omnes areas
tritici. Super hic pro supra, i.e. magis quam om-
nes areas. Confert Israelem mulieri impudicae
et perfidae, quae ita ad quaestum fertur, ut non
pudeat ipsam flagitij. Per mercedem intelli-
git meretriciam, quae hic non sumitur active,
pro ea quam amatoribus darent, ut Hos. 8.10
sed passive, pro ea quam acciperent. Nam
idola ea spe coluerunt, se ab illis liberalius
quam a Deo tractandos fore.

v. 2 Area non pascet eos et famem; vel ob vastitatem
hostium, qui haec sibi colligerent. Justa ingratitudi-
nis poena. Dedicasti uvas et vinota dijs falsis, Deus
ostendet hac non in alterius quam in sua esse po-
testate, et quam spes tibi in dijs alienis falsa fue-
rit. Et vinum vel mustum יְכַחֶשׁ בָּהּ mentie-
tur eis, ut in ea, i.e. fallet vel destituet eos. Non
respondebit votis eorum vel spei. Sic mentiri di-
cuntur spes Job. 41.9. aqua Esa. 58.11. fructus Hos. 10.13.
et opus olivae Hab. 3.17. Sic Horat. carm. 3.1 fun-

Et mundabo, sanguinem eorum non mundavi, et (vel ubi) mundabo vel expiabo) sanguinem eorum (nempe Judæorū, vel fidelium qui significati sunt v. præced. per vocem Judæ; quorū sanguinem innocentum supra fusum esse dixerat: subaudi quo אֲשֶׁר quos vel quem non mundavi, h. e. qui adhuc restat expiandus; vel qui hominibus merito videtur effusus, propterea qd eum non expiaverim. Nunc ergo expiabo, et innocentem fuisse declarabo, partim illos absolvendo ab æterno exitio in die Judicij, partim eorū inimicos damnando et ulciscendo. Al. Per sanguinem intelligit sordes et scelera populi sui, a quibus (inquit Deus) ego illum purgabo, et deinde redimam: quomodo enim esset redemptor populi sui, nisi deleret eius peccata? Al. Ubi mundabo eos quorum sanguinem non mundabam, J.T. Eos, i.e. gentes in ecclesiam cooptabo, quæ prius erant mortuæ in offensis, alienæ etc. Eph. 2,12. Imò et Judæos quos lex non mundabat, mundabit fides, Act. 15,9,10. Al. et requiram vel ulciscar sanguinem illorum: sic reddunt Septuaginta, Syr. נקה hoc loco est ulcisci, ut vertitur Zach. 5,3. Sensus est, quem sat clarè expressit Chald. Siquis adhuc erit Judæorum sanguis effusus quem ultus nondum fuero, etiam hunc ulciscar: ut in Ammonitas et Moabitas. Vide Joseph Antiq. l.12. c.11,12.+

+ Grot.

Et Dominus habitabit in Zione] i.e. in ecclesia, vid. Joh. c.14,23. in ecclesia iam translata in cælum. cultus Dei manebit Hierosolymis. Grot.

L L L L

tremere dicitur. Sunt autem haec Dei hominum ultu *(exsecu-)*
ri terrificae potentiae argumenta. Vid. Mat. 24, 29
Luc. 21, 26. [Et, vel Dns autem erit spes, vel refugium
populi sui] ostendit se denuntiare extremum vindictam
gentibus in ecclesiae funerum, quae licet periisse videa-
tur, ei tamen succurret Deus. Al. Haec referenda
sunt ad victorias Judaeorum de Antiochi Ducibus. Hoc in-
genti Dei beneficium praedicitur Esa. 63. Indignatio-
nem Dei id vocat Ezech. c. 38, v. 18. et commotionem
magnam super terram, 19. qui et ignem et sulphur su-
per Antiochi milites pluisse dicit, 22. commotum caelum,
Grot. id Angeli Esa. 63, 9. Dan. 12, 1.
17 Et erit Hierosolyma (i. e. ecclesia Dei) sancta, vel
locus sanctuarii, vel sanctitas, i. e. sanctissima, tum
imputatione iustitiae, tum purificatione per verbum et
Sacramenta; nec solum pura et impolluta, sed eti-
am sacrosancta et inviolata, et ab hominum iniuriis tu-
ta, Deo defendente. [Et alieni non transibunt per eam]
nocendi causa, vel hostili exercitu. Al. Nec dam-
num ullum sua contagione afferent, ut promitti-
tur Zach. 14, 21. alieni, i. e. peccatores.
18. Stillabunt montes (qui steriles esse solent) dulce-
dinem עסיס] vinum dulce, vel mustum [et colles
fluent lacte] i. e. pecoris abundantia, et suc-
culentia. Dicta haec per Hypallagen, pro sua fluet
per colles, vinum stillabit per montes. Rerum ad
hanc vitam pertinentium affluentia spiritualis in
